





1665, 17^a 23
366

D. O. M. F. A.
DISSERTATIO JURIDICA
DE

IMPOTENTIA CONJUGALI

QVAM
SVFFRAGIO

ATQ.

AVTORITATE

INCLVTÆ ICTORVM
FACVLTATIS

PRÆSIDE

ADAMO CORTREJO D.

PLACIDÆ

DISQVISIONI PVBLICÆ

EXPONIT

JOHANNES GEORGIVS SIMON,

HALLENSIS SAXO, AVTOR.

AD D. XXIII. NOVEMB. H. L. Q. S.

JENÆ

Typis JOHANNIS NISI,
A. S. M. DC. LXV.



Reverendisfimi atqve Serenisfimi Principis ac Domini
D. N. A V G V S T I
Postulati Administratoris Primatus & Archi-Episcopatus
Magdeburgensis, Ducis Saxoniae, Juliae, Cliviae ac Montium, &c.
Domini mei longè clementissimi

Respectivè Cancellario, Interioris admisionis,
Camerae, atqve Aulae Consiliariis longè gravissimis,
meritissimis, Jctis, Politicis atqve Oratori
celebratissimis,

VIRIS

Magnifico, Generosis, Maximè Strenuis, Prænobilissimis
Excellentissimis,

D. N. JOHANNI KRULLIO,
ad Comitata Imperii universalia, nunc Plenipoten-
tario.

D. N. MICHAELI RÖNIGK /
D. N. JOHANNI FRIDERICO
Brand à Zeschwitz / Hereditario in Groß-
& Döbitz, Deuben / Capitano Praefectarum Wol-
merstädt, Wanz & Dreyleben.

D. N. LEVINO A B A X B M /
Hereditario in Loburg & Kalitzsch / Capitano Praefe-
ctur. Kalbe & Acken /


D. N. FRIDERICO HOHNDORFFIO,
Salis Gravio,

Dominis ac Patronis meis Observandissimis

hoc qualecunque Exercitium Academicum

devotâ mente offert

JOHANNES GEORGIUS SIMON



L. S.



Ommeritam forsan reprehensionem meritum esse me haud inique arbitraberis, placide & verecunde Lector, videlicet quum rem aggressus sim, explicatis hisce chartis, arduam, pariter ac quotidianæ ut plurimum observantiæ addicatam. *Vid. Vultej. Conf. Marpurg. vol. 2. conf. 9. n. 2. p. m. 50. b. Menoch. conf. 69. n. 59.* Materiem namque si ponderes, verè pudica est, & ultra tori sacrarium rarissimè extendenda; Operam si altius repetas, ab eo processit, quem juvenem ætas, ac theoriæ juris, quaqua licuit, addictum rerum tempora voluerunt: accedit adhuc effrenatum urbanè minus jocandi œstrum, quo plurimi sæpissimè perculsi culpatae levitatis verba protrudunt, contegendos conjugii actus spurcâ temeritate divulgant, piisque ut & illibatis auribus, queis meritò parcendum, fomenta scandali suppeditant, *vid. Carol. Seriban. Inst. Polit. Christian. lib. 1. cap. 11. p. m. 452. & seqq. Johann de Dicastill de Just. & Jur. lib. 1. Disp. 3. Dub. 15.* At adsit licet statuendi diffidentia, scribendi quæ haud expedita facultas; obstat suo modo proterva pudoris displicentia, scurrilis quæ quorundam salacitas: publicam ventilandi ansam subministrare meditatus sum, occasionem interim absolutum pariendi partum aliis derelinquens; purus impuris existere non potui, neque mirum hoc, cum vel liberis licitè operam dare testante *Tullio lib. 1. Off. & re ipsâ fatente honestissimum;* ita tamen in pejorem partem ab impudicâ temeritate versum sit, ut suos, verba si spectes, quodammodo manes perpetiatur, *add. Buseus virid. christian. virt. loc. de Verecund. cap. 2. & seqq. p. m. 660.* Nolo igitur obscœna eorum inire castra, sed tuo judicio ergà me benevolo, candidè juxtim ac tranquille Lector, me measque paginas commendo, sanctè asserens atque repromittens, me talem inpos-

A sterum

sterum præstiturum, ut, quum malo huic, nisi detecto, reme-
dium quæri non possit *Damboud. prax. crim. c. 98. in fin. p. m. 292.*
non obscure appareat, castum castis castissima protulisse, DIXI.

THESIS I. Datur impotentia conjugalis.

§. I.

PLatonicas certè ideas cuicumque emuncto naris viro somni-
asse videtur, qui in declarando ut & poliendo negotio penè
multus; in confirmando simul ac stabiliendo justo brevior of-
fenditur. Quamvis etenim natura rerum conditum sit, ut quod-
vis inchoandum firmetur ante, quam confirmetur; fundetur,
quam stabiliatur: non pauci tamen in rebus præprimis mente
supponendis consummare prius, quam summare annituntur,
ordine perverso. Non abs re igitur me facere adopinor, dum
insistendo doctorum gressibus positionum telam à quaestione
an sit exordior, eaque ubilibet permunità, ad contexendum
quid sit progredior, præprimis quum certum sit, multos in hoc
negotio, imò ipsum cœtera longè celeberrimum *Grotium in*
proleg. de Jur. Bell. & Pac. quid humani perpeffos esse. Dari au-
tem impotentiam conjugalem abundè constat è factis, eorum-
que custodibus historiographis. Siquidem (cum *Jovio lib. 1.*
Histor. loquor) in tantum progressus egerunt partim noverca-
le quibusdam naturæ odium, partim & proterva delinqvendi
libido, ut nihil reliquum tot maculis afflicto terrarum orbi fe-
cisse videantur, cum ipsissima quoque conjugii sacra bello tacta
suo, vel externo malorum vitio gemuerint. Naturæ defectum
animadvertere discipis? Saram pensites, *Genes 16. vers. 2.* Han-
nam consideres, *Sam. 1. v. 5.* Elisabetham æstumes, *Luc. 1. v. 7.*
Plura spontè adeas *Genes. 30. v. 1. Judic 13. v. 2.* Profana testi-
monia idem largientur, ubi vis quippe experimur clandestinas
fructiferi minus conjugii lamentationes, quamvis in masculis
eadem rarius patefiant, quoniam exquisita sæpè salacis famel-
læ machinatio partum peregrè quæsitum incauto marito su-
perinducit, eumque inopinatò cucurbitatum, nec amarinam
(disflua-

(dissuadente hoc Virgilio 3. *Aeneid.* commoveat, insuper contumescere, quid? sobolem alienam instar cuculi pullos nutrire efficit, vid. *Besold. Opusc. Jurid. part. 4. d. Nupt. cap. 11. n. 4.* Nec deest incantationum copia, quæ maleficiofa gens incurabilem ferè, ni ipsi velint, infirmitatis labem conjugatis conciliat. Decantata esse adopinor, quæ pluribus alias allegant *Autor biflor.: magic. de spectr. lib. 1. n. 217. Martin. Delrio disq. magic. lib. 6. cap. 2. sect. 1. quest. 3. p. m. 449. ex Spreng. mall. quest. 1. cap. 1.* Comittem quendam Westravienfis territorii in finibus Argentinensis Diocesis uxorem e quidem duxisse nobili loco natam, eam tamen, quia viribus ad procreandam sobolem naturalibus arte magicâ privatus esset, per triennium cognoscere haud valuisse. Recenset ulterius *cit. Aut. hist. mag. lib. 1. n. 220. ex mall. venefic. part. 2. cap. 6.* in territorio Lansanensi necromanticum quendam vicini domum gravi sterilitatis plagâ affecisse, quæ tamen rursus cessasset, quum captus ac quæstionibus subjectus, aperuisset, serpentem subter limen domûs à se defossum esse. Sed jam in coqvirendis exemplis, cum constans omnium confessio rem manifestet, vid. *tot. tit. X. de frigid. & maleficiat. & impotent. coëund.* per brevem esse præstat, confer tamen *ib. 6. §. 4.*

§. 2. Onomatologiam suffulto negotio accedimus, offendentes ibidem primipilari loco etymologiam, rem Ictis investigare curiosissimam *A. Gell. Noct. Attic. lib. 13. cap. 10. Quintilian. Inst. orator. lib. 5. cap. 14.* & ad ipsius subjecti cognitionem felicissimè provehentem, *Scalig. Ex. 1. sect. 1. & Ex. 359. sect. 1. Hering. d. fide. juss. adde arg. pr. Inst. d. libertin. arg. l. 2. §. 1. de reb. credit.* Secundum quam impotentia, derivationem grammaticam, haud logicam si pensitaveris, deducitur à verbo impotens, puta quoad membra simul ac actus, quibus potissimum conjugale debitum exercetur. Insequitur hanc homonymia, certissima errorum genetrix, *arg. l. 4. de pub. judic. junct. l. un. C. quand. crim. ad civit. non præjud.* Usurpatur namque impotens primò, pro nimium quantum volente, potenteque, quemadmodum interpretatur ex *Terentio. Donat. in Andr. Act. 5. Scen. 3. vid. Calvin. in Lex. Jurid. hoc vocab.* similique modo ex eodem infert *Fab. thesaur. h. verb. ut: ego te novi, quam soleas esse im-*

A 2.

potens,



potens, i. e. qui cohibere animum tuum non potes. At nos, quamvis adeo liberales futuri vix simus, ut nullam impotentiam propriè dictam, naturæque defectum hic adinveniri adstruamus, posito tamen cum enumeratis autoribus, vocabulum hoc communiter sic adhiberi; eundem significatum hâc vice seponimus, quippe minimè de excessu, sed de carentiâ in Venere pauca tradituri, interim consulat L. B. *Aristot. 7. Ethic. 1. 2. & seq.* Secundo assumitur pro minus potente, uti passim in jure receptum est, vide *Summ. l. 10. C. de Repud. nov. 22. cap. 6. rubric. & arg. c. 2. c. 5. c. 7. X. de frigid. & malefic.* & hanc significationem limitatè quidem pro nunc nostram facimus: limitatè diximus, ad effugiendû cervicibus periclitationem iminentem. Cognovimus enim monente *Valentin. Bergero Diss. Logic. 7. §. 2.* impotentiam hoc modo intelligi (1.) positivè seu comparativè pro potentiâ naturali, sed quæ non ita, ut alia quædam perfecta est. (2.) negativè, pro absentia in subjecto quod eam recipere incapax est, hunc intellectum uberius persequitur, *ib. 2.* (3.) privativè pro absentia in subjecto capaci, quam solummodo retinemus tanquam principalem, sive privatio isthæc logicè, sive physicè contempletur, pariter ac forma in subjectum conveniens vel introducenda, vel introducta sit. Synonymiæ, quæ levis hic, & à quolibet de facili proprio nisu investiganda, mentionem injicere animus non est, scilicet ut ne in re perspicuâ nimis sollicitam nominum curam (quod pariter culpandum est, *D. Otto dial. jur. L. 1. c. 2. reg. 3. Piccolom. introduct. ad scient. nat. cap. 1.*) admovisse videamur.

§. 3. Postremam thesios voculam aggredimur, quâ impotentia nostræ vim atque efficaciam quandoque ab aliis juris actibus segregamus. Caltrati etenim mediante adoptione, nec non spadones, frigidi & maleficiati filios sibi adsciscere, posthumum heredem scribere, tutores vel curatores esse, testamentum & codicillos facere, (de quibus tamen ridiculam dissentientium opinionem vide in *Gloss. ad l. 5. C. qui testam. fac. sc.* ad testamentum requiruntur testes, Eunuchi non habent testes, E.) atque exemplo *Syllæ & Cottæ*, qui etiam spadones fuerunt, militare (si jura indistinctè capere velimus) valent, §. 9.
Inst.

*Inst. de Adoption. l. 2. §. 1. l. 30. l. 40. §. 2. b. t. l. 15. pr. d. Excusat. l. 1. C. b. t. l. 6. §. 1. d. lib. & posth. l. 5. C. qui testam fac. l. 4. pr. d. Re militar. nov. Leon. 27. 28. attamen perdurante vitio matrimonium adeo firmum, quin altera parte postulante non rescindatur, inire non valent, c. 29. quod autem. 27. q. 2. c. 4. si per sortiarias 33. q. 1. Ludw. Diss. 2. th. 3. lit. B. Assertioni nostræ non refragatur (1.) Ulpian. in l. 39. §. 1. d. jur. dot. qui spadonibus omnino matrimonium ac dotis actionem concedit; quoniam sub nomine spadonis non indigit morbosum ac impotentem, v. g. qui per naturam duobus caret testiculis, Ungepaar. ad tit. X. de frigid. n. 5. Panormitan. ad c. 2. quod sedem b. t. n. 5. p. m. 34. b. (quanquam eunuchos naturâ fieri neget Godofred. in Not. ad Nov. Leon. 27.) sed minus & remissè potentem, v. g. qui unicum tantum habet testiculum, l. 6. §. 2. d. edilit. edict. ubi *Id sicuti interpretatur Gloss. rectissime non similitudinariè, sed exemplificativè.* Nam hic non modo generare. l. c. l. 6. pr. de lib. & posthum. Sed etiam ancillam suam ducendi ergo manumittere potest, l. 14. §. 2. de manum. v. d. Aliter se res habet cum spadone, quem in principio induximus, cui, quoniam per tempus lege definitum c. 5. X. d. frigid. & malef. Pac. Isagog. b. t. reddere conjugale debitum non valet. l. 2. §. 1. de Adoption. adde Brederod. Thesaur. dict. verb. Spado. & faminis nuptiarum præmia, partusque non habere vitio vertatur, c. 1. pudor est 32. q. 2. justissime ad petitionem conjugis conjugio contracto rursus interdicitur, l. 10. C. de repud. nov. 22. cap. 6. Dn. Strauch. Diss. 2. apbor. 9. Removemus quoque (2.) mentem eorum, qui teste Accursio in l. 39. §. 1. d. jur. dot. verb. qui castratus, in spadone dicunt matrimonium esse, tametsi generare non possit; Nam missio eo, quod ut liberos ederent, mulieribus maxima sit constituta cupiditas, l. 2. C. d. indict. viduit. tollend. ipsa juris civilis sanctio contradicit, nov. 22. cap. 6. nov. Leon. 98. canonumque autoritas adversatur, c. 5. laudabilem X. de frigid. Sejungimus porrò quod (3.) urget Calvin. in lexic. verb. Spado, & repetit verb. thlasia. de thlibiis atque thlasiis; hos enim rectè matrimonium contrahere autumat, annumeratque spadonibus in specie sic dictis: verùm hæc opinio immoto veritatis talo non subsistit: siquidem vitium hoc operâ medicorum auferri*



non potest, cum eorundem testiculi adeo concisi, collisi ac con-
tusi sint, ut vel emarcuerint, vel contabuerint nequaquam am-
plius ad destinatam utilitatem idonei, consentit. *Magnific. Dn.*
Habn. observat. ad Wesenbec. tit. de Adoption. p. m. 187. Nec con-
tra nos facit (4.) quod *Cujac. ad c. 1. col. 2. X. de frigid.* quem
citatur ac refutat *Zoes. comment. h. t. n. 8.* differentiam effingere ve-
lit inter jus civile & pontificium, motus cap. 2. h. t. quoniam, si
vitium perpetuum sit, vel terminos à legislatore præscriptos
transgrediatur, utrumque jus solutionem promittit; sin verò
temporale, ac intra præfinitos juris annos medicorum operâ
curabile, nec jus canonicum contrario ausu quid machinatur,
quin potius eodem cum virili placito rem finit atque determi-
nat.

THES. II.

Describi potest: Coëundi defectus tam in
mare quàm in foemina, vitio vel lege concili-
atus.

§. I.

Reservavimus hâc vice prolixiorẽ rò coëundi derivatio-
nem & explicationem: dicitur enim variè, coire societatem,
l. 1. l. 2. l. 4. in d. t. t. pro soc. coire in matrimonium, *l. 31. de condit.*
& demonstrat. coire uxori. *l. 10. C. de Repud.* coire in alienam li-
tem, *l. 6. de vi privat.* coire accusationes, *l. 2. de concussion.* Præ-
terea hic descripsimus impotentiam non quamvis, sed quæ fæ-
mine cum marito intercedit, excludentes hoc modo alios actus
venereos nefandos atque vetitos, in quibus impotentia nega-
tiva, non privativa locum obtinet, quos tamen, quamvis sub
hâc definitione non contineantur, nec directè ac principaliter
huc pertineant, ut nostram positionem melius enodandam, at-
que differentiam, quæ inter hanc impotentiam aliasve ejusdem
species interjaceat, docendam, brevibus recensere operæ preti-
um esse duximus. Exhibet autem se primò illud flagitium, si vir
cum viro turpissimo, & plusquam efferato, more se commiscet,
& que ac muliebria patitur vel peragit, *Genes 19. v. 5. Levit. 18. v. 22.*

§ 20.

§ 20. v. 13. Rom. 1. v. 27. quod olim maximè in usu fuit apud Romanos pariter & Græcos, quippe qui, prout ex *Salvian. lib. 7. d. provident. attestatur Camerar. hor. succ. cent. 2. cap. 42.* nonnunquam tam profligatæ pudicitia inventi fuerunt, ut ad excitandam libidinem vestibus, habitu & omnibus mulieribus ornamentis vir viro, ementito sexu sub quadam falsâ muliebri specie nupserit, quid? quod fœdis cogitationum illecebris à Sarana circumventus indicia quædam menstruosa impuritatis sibi innexuerit. Hocce ulterius non obscure colligere est ex §. 3. *Inst. l. 17. pr. d. Adoption. verb. an honesta sit. §. fin. Inst. de his qui suâ vel alien. Jur. l. 2. ff. h. t. l. 8. §. 2. quod met. caus. l. 1. §. 4. ad l. Corn. d. Sicar. l. 1. §. 2. d. Extraord. crimin. §. 4. Inst. de pub. judic. l. 8. §. 1. l. 29. §. 9. l. 34. ff. l. 31. C. ad L. Jul. de Adult. l. 2. de serv. corrupt. l. 1. §. 6. d. postuland. nov. 77. cap. 1. pr. nov. 141. præm. conferat. Camerar. l. c. ex Ravard. lib. 4. cap. 20. Pac. Analys. Codic. tit. ad L. Jul. d. Adult. n. 27. Augustin in c. usus 32. q. 7. & lib. 6. d. Civit. Dei cap. 8. Dn. Struv. Ex 49. b. t. 42. & 43. Dn. Strauch. Diss. 29. aphorism. 6. Rittersbus. ad §. 4. Inst. d. pub. judic. Ludw. Diss. 18. tb. 4. lit. b. Hujus scelerosi facti inventum, quidam in Orpheum rejiciunt; nonnulli etiam, referente *Calvin. Lex. Jurid. verb. muliebria* temerè existimant ad liberalem magis honorem referendum; quo etiam Socrates adolescentes ingeniosos complexus est. Mentionem ejus quoque facit *Curt. lib. 2.* eum Pausaniam producit nobilem ex Macedonibus adolescentem, quem Attalus (Cleopatraz uxoris Philippi M, avunculus) non tantum ipse stupravit, sed & tanquam vile scortum libidini convivarum subjecit, tamen ipsum suo justo tempore Nemesis manserit. Confimilatione *Nero puerum Sporum, ex seclis testibus, in muliebrem naturam transfigurare conatus est, atque cum dote & flammeo* (verba sunt *Sueton. in ejus vit. cap. 28. & 29.*) per solenne nuptiarum celeberrimo officio deductum ad se pro uxore habuit. Hinc exstat cujusdam non inscitus jocus, benè agi potuisse cum rebus humanis, si *Domitius pater talem habuisset uxorem. Idem impurissimus Nero Doryphoro liberto, sicut ipsi Sporus, ira ipse denupsit; ut voces quoque, & ejulatus vim patientium, virginum imitatus fuerit.* Adjungimus hisce, si non majores, certè tamen in hoc nequitia genere maximè pa-*

mè pares, Sardanapalum, *Cic. lib. 5. Tusc. quest.* & Heliogabalum
Cæ. Rhodogin. lib. 11. Antiqu. c. 13. Ut jam prætereamus Hasdru-
balem, *Corn. Nep. in vit. Hamilcar. cap. 3.* ac L. Papirium. *Liv. lib.*
8. Ut supprimamus deniqve ex unâ parte Johannem à Casa
Florentinum, qui Archiepiscopus Beneventanus, Cameraqve
Apostolicæ Decanus &c. affirmavit, se hoc amore plurimum de-
lectari, nec aliam Venerem cognoscere *Besold. Thesaur. Practic.*
verb. Sodomie/ & verb. Narren. Quapropter eandem pu-
blico scripto prædicavit, edito Venetiis Anno 1550. apud Tro-
jan. Nave, ut refert *Carol. Molin. in orat. habit. Tubing. Anno*
1554: Ex alterâ parte Sixtum IV. qui ad instantiam quorun-
dam Cardinalium potestatem illis dedit, tribus mensibus æsti-
vis sodomiam exercendi, *Vid. Gerhard. Tom. V. Loc. Theolog. de*
Ecclesia, sect. 8. p. m. 448.

§. 2. Citatis jam virorum flagitiis, scemellarum maculas
in medium producimus, cum in aperto sit ac propatulo multas
ex iisdem non modo Quartillæ apud *Petronium* germanas exti-
tisse sorores, quæ subinde Junonem suam iratam optabat, si un-
quam se meminerit virginem fuisse, quia infans cum paribus in-
quinata fuit, juxta & magis prodeuntibus annis majoribus
se pueris applicuit, donec ad consummatam ætatem pervenit;
sed etiam quamplurimos execrabili perversæ Veneris vitio la-
borasse adeò, ut una alterius formositate capta eandem in ux-
orem duxerit virilitatem præ se ferendo, *Rom. 1. v. 26. Gloss. in l.*
20. C. ad L. Jul. d. Adult. Sittman. Nucl. Inst. d. publ. Judic. n. 2. &
Nucl. Pandect. ad L. Jul. d. Adult. in pr. Detestandum sanè sce-
lus ab his inversis, quæ à maritis expectantur, scamnis, naturaq;
pati natis subjectis, *vid. Steph. Guazz. de conversat. civil. Dissert. 5.*
quest. 3. p. m. 301. Senec. Ep. 96. ad Lucil. pag. m. 233. Nec est,
quod denegare quisquam congressum hunc simul ac impossi-
bilitatem operis opponere velit, utputa propter defectum pe-
nis, aliorumqve membrorum genitalium: applicant enim pro-
hibito modo, attrahuntqve huc alias corporis partes propriis
functionibus à naturâ destinatas. Non obscurum autumamus
membrum illud muliebri, quo à peritis medicinæ clitoris (la-
landie) appellatur, hoc aliquando in salacioribus præsertim
mulier-

Mulierculus collum anserinum & crassitie & longitudinē æquā
re affirmat medicus sanè haud infimæ existimationis Johannes
Riolanus Anatom. cap. 37. p. m. 540. concordat cum hoc Martin.
Delrio disq. magic. lib. 2. qu. 22. p. m. 203. Eodem instrumento tan-
quam virgā maritali abuti valent, nec non legitimam viri coha-
bitationem impedire: sed ne res exemplis egeat, arg. l. 1. pr. de
prescript. verb. paucis, iisque ipsissimis Riolani l. c. verbis agamus.
Namque interdum (inquit) mulieres, quando clitoris excrescit, &
extra rimam prominēt, sese mutuo fricant & subeunt, cujus rei exem-
pla peti possunt ex lib. 3. peregrinationis Leonis Affricani, & apud Ju-
risconsultum Paponem lib. 22. tit. 7. Arrest. 2. & Martialem in Triba-
dum historiā Epigram. 91. lib. 1. Rurarius dialog. meretr. in istas fe-
minas invehitur. Amynthone, Telesippa, Megera, Athys, Cydna an-
cilla erant Sapphus vatis, quibus ipsa ad libidinem utebatur, eas suba-
gitando more virili, &c. Hæc Riolanus, cui subjungimus Turcicæ
rei peritissimum Busbeqv. p. m. 138 & ex eo Camerar. op. suc. cent. 2.
cap. 41. p. m. 253 recensentes de Turcicā quadam muliere magno
natu, quæ excœcata in balneis amore juvenulæ, filiæ cujusdam
incolæ Constantinopolitani, rem molita est, naturæ ductū si se-
quaris, incredibilem: Nimirum, cum apud eandem omnia,
quæ imprudens libidinis furor efflagitabat, perficere non pos-
set, mutato cultu virum repræsens inter mancipia Imperato-
ris de numero Chiausorum nomen edidit, juxtim & de novo
puellæ nuptias ambiit, imò obtinuit, quid? celebravit: Even-
tus tamen eodem favore incepto respondere noluit; siquidem
misera hæc cubitum ire satagens, deposito velamine capitis
confestim agnita, ut & per subsequutam sententiam præfecti Gi-
anizarorum profundo submersa justissimas pœnas vesaniæ de-
dit. Atque hæc sufficient de prolata hæctenus lasciviâ, quam
semper pœnæ expectaverunt certissimæ, c. Deus omnipotens. 25. q.
2. Nam jure civili gladius ultor eam persequitur, §. 4. Inst. de pub.
judic. l. 3. C. ad L. Jul. d. Adult. jure Canonico mitior sententi-
animadvertitur, quo circa si clerici hoc vitio laborare depre-
hensi fuerint, dejiciantur à clero, vel ad agendam pœnitenti-
am in monasteriis detrudantur; si laici, excommunicationi
subdantur & à cœtu fidelium fiant penitus alieni c. 4. Clerici 7. de
Excess.

B

Excess.



Excess. Pralator. Olim & moribus hodiernis ignis supplicium constitutum fuit, quod vel vivis, vel prius strangulatis subeundum est. *Damboud. prax. crim. l. c. p. m. 291. n. 25. l. 6. C. Theod. d. Adult. Scotan. Exam. Jurid. ad L. Jul. de Adult. q. 10. Const. Crimin. Carol. V. artic. 116. verb.* So Mann mit Mann / Weib mit Weib Unkeuschheit treiben / die haben auch das Leben verwircket / und man soll sie der gemeinen Gewohnheit nach mit Feuer verbrennen.

§. 3. Rejicimus insuper tertio à definitione nostrâ alias non levioris sodomix notas, videlicet si cum propriâ uxore Venus exerceatur præpostera, *Coppen. 2. O. 127. n. 4.* Innuit hoc *Damboud. prax. crim. l. c.* ubi *quatuor*, inquit, *bestiales concumbendi modos ponit Albertus in quarto.* *Primus*, quando cognoscitur lateraliter: *Secundus* pejor, quando cognoscitur sedendo: *Tertius* pejor secundo, quando cognoscitur stando: *Pessimus* verò est quartus, quando cognoscitur velut bestia tergatenus: *Et quintus* etiam inter præfatos, *similiter* quarto *pessimus* ille est, quando mulier supergreditur virum. Hæc ille: Cæterum hanc perversitatem etiam cum lamiis Italiæ diabolum peragere dicit *ex Sylvestr. Prier. d. Strigomag. & Anan. lib. 4. d. nat. demon. Delrio disq. mag. lib. 2. q. 15. p. m. 164.* ac iudices de his inquirere posse, comburereque nocentes asserit *ex Ludovic. Carer. in repet. ad l. 2. C. quor. appellat. non recip. n. 43. Damboud l. c.* Huc refer si uxor mortua cognoscatur, id quod tamen graviter puniendum venit, tanquam contrectatio cadaveris & alterius corporis violatio, quare si hujusmodi fuerint vilioris conditionis personæ, ultimo supplicio afficiantur; Sin verò honestioris, in insulam deportentur, vel relegentur, aut in metallum damnentur, *Damboud. l. c. p. m. 293. n. 30. & sequ. add. Boër. decis. 316. n. 13. Clar. lib. 5. sentent. §. fornicatio n. 28.* Quarto quoque nequicquam loci hic merentur flagitiosi ac famosi mastupratores, tribadesque, qui contra naturæ ordinem libidinem exercent in proprio corpore, (intelligo autem tam masculinam quam foeminas vid. Riol. Anatom. cap. 35. ex Vesal. lib. d. Chyna.) Animadvertitur in hos relegatione, aut alia pœna extraordinaria, si ad notitiam iudicis delictum pervenerit *Damboud. l. c. n. 6 p. 289. Sittman. Nucl. Inst. n. 2. p. 734.* quemadmodum fustigatio-

gationem circumstantiis ita singulariter exigentibus dictatam se meminisse innuit *Dn. Struv. Ex. 49. th. 43.* item hoc scelus Onaniticum peccatum esse ipso adulterio gravius disputare rectè Scholasticos dicit *Gerbard. Tom. VII. de Conjug. n. 487.* Simile fere pronuntiandum, quum medicamentis seminis profusio excitatur. Nam & hos ad minimum in foro conscientiae teneri statuimus, quia media hæc, quæ adhibentur, sunt illicita, quamvis fortassè conducant ad sanitatem, vitæque sinceritatem impetrandam. Exceptionem tamen vide apud *Jobann. de Dicastill. d. just. & jur. lib 1. Diss. 3. Dub. 20. n. 359. p. m. 97. b.* Porro contingit (iterum utor verbis laudati *Damboud. l. c.*) in diverso etiam sexu abuti venere: idque rursus bifariam, aut non in membro debito, aut non modo debito: quomodo verò hi duo novissimi modi peragantur, non est nostrum hæc velle explicare. Turpiores enim sunt & detestabiliores, quam ut cuivis pio lectori committi debant. Hasce ergo impotentiae species incidenter tantum delibavimus, quoniam eis denegatur effectus producendi partum aliquem vitalem, sive jam ille monstruosus sit, uti infra *th. 4. §. 1.* sive incestuosus uti *th. 9. & seqq.* præsertim cum deficient organa atque vasa, ratione quorum dici queat, potentiam naturaliter inesse debitam impediri: Si quidem impotens mihi semper respectum ad alium importat, quamvis non magni aestimemus, an ille respectus se ad omnem personam extendat, an verò in uno certo atque singulari subjecto determinetur, quod ubi vis in maleficiatis accidisse claret & apparet.

THESIS III.

Causa ejus efficiens est potissimum natura, tum hominum nequitia, & denique legis sanctio: Finalis, animus lucrandi, mutua reverentia, ut & coitus ac inde provenientis sobolis impedio; Materia in qua, mas & foemina; ex qua, defectus; circa quam, copula carnalis: Forma non valentia coeundi efficaciter.

Offerunt se causæ hujus impotentia, quas, quantum in nobis
 erit, breviter illustraturi sumus, initium capientes ab effi-
 ciente, quam triplicem esse diximus: contingit namque sæpe,
 numero, ut ejuscemodi personæ matrimonio jungantur, quæ
 vel ob ætatem impuberem, vel aliam ob causam quoad partes
 generationi dedicatas sibi haud aptè respondent, & has natura-
 liter impotentes vocamus, respectu ubique habito ad subje-
 ctum illud, ratione cujus nimia membri magnitudo angustiaq;
 intercedit, *vid. Webn. Conf. Franc. 40. Gerhard. Loc. Theol. d. con-
 jug. n. 659.* Naturæ autem hoc loco intelleximus tam perfecti-
 tudinem quam infirmitatem; Sic *Raupius Biblioth. portat. lib. 2.
 part. 5. Loc. d. Conjug. p. 2. q. 6. p. m. 240. allegat Hostiensem ad tit. X. d.
 frigid. qui vidit quendam habentem virilia magnitudine verru-
 cæ, & testes instar cicorum: meritò igitur tam frigiditatem,
 quam siccitatem, pinguedinem, aliaque vitia, Matth. 19. v. 12. per
 industriam medicorum incurabilia ibidem retulimus, Mascard.
 d. probat. vol. 2. conclus. 889. n. 11. Scotan. Ex. jurid. ad tit. d. Rit.
 Nupt. q. 2.* Secundam impedimenti conjugalis occasionem
 hominum nequitia attribueret libet, quæ ab exiguis quidem
 profecta initiis in tantum progressus suo tempore fecit, ut ma-
 gnitudine demum laboraverit. Conficiebantur enim per ge-
 nitalium membrorum attritionem, defectionem & exemptio-
 nem tot imbecillorum examina, ut ubilibet omnia lasciviis in
 urbe replerent: aggravabat delictum, juxta & negotium fa-
 cessebat majus iniquissima veneficorum ac maleficorum cater-
 va, quæ omni adversa bono, partim herbarum succis verbo-
 rumque incantamentis; partim occlusionem claustrum novissimi,
 ac ligatione ligularum supersticiosâ haud parum incommodi
 copulatis accelerabat; quin & huc perventum erat luxuriæ, ut
 mulieres quoque castrarentur & inciderentur veluti infert ex
*Johann. Brod. miscell. lib. 5. cap. 3. Rittersbus. ad §. 5. Inst. d. pub. jud.
 Item ex Alciat. in l. 128. d. V. S. §. 4. antiq. lect. c. 10. Kornmann. d.
 Jur. virginit. cap. 116. p. m. 298. & testimonio Clearchi de Lydis, pri-
 mis mulierum sectoribus, confirmat Itter. Synops. Philosoph. mo-
 ral. lib. 3. cap. 3. in §. 10. Non obicem ponit relationi nostræ Rio-
 lam.*

lan. Anat. l. 35. p. m. 539. quum asserit *Daleschampium in not. ad l. 17.*
deben. veterem foeminarum castrationem sic interpretasse, quod
quemadmodum infibulatis naturalibus eqvæ, quas concipere
& parere nolunt, custodiuntur, per ferreos nempe circulos or-
dine trajectos, quibus illæ ipsæ libidinis partes occluduntur; ita
uxores olim conservatæ fuerint: Possit hanc sententiam insu-
per confirmare, quod recensente eodem *Riol. Anat. cap. 35. p. m.*
539. moris erat apud nigrorum nationem, quæ hymeni, utpote
fragili, labiliqve sepimento minus confisa, validioribus, certio-
ribusqve præfidiis filiarum virginalia munire assolebat: Etenim
puellis, ubi primum natæ erant, pudenda consuebant, sed ita, ut
urinæ liberior meatus non interciperetur: Illæ autem ubi ado-
leverant, sic consutæ nuptum dabantur, sponsoqve ea relin-
quebatur ac incumbere cura, ut ferro conglutinata cervicis
labra secaret, divideretqve. Verum hæc opinio cum contra
communem rectè statuentium affirmationem militet, tantumq;
analogiam quandam veræ ac propriè dictæ castrationis secum
trahat, non immeritò tanquam nos non stringens à nobis re-
linquitur. Cæterum severè semper in hosce secantes animad-
versum fuit, id quod attestantur leges, quæ copiosissimè ad com-
pescendum scelus prolata reperiuntur: potest namqve civili-
ter ex *l. 27. §. 28. ad L. Aquil. agi* (1.) injuriarum; (2.) ex edicto
adilium, quia morbosus est eunuchus, *l. 7 l. 38. §. 7. b. t.* quan-
quam secus se res habeat in aliis animantibus, *l. c. 38. §. 7. b. s.* (3.)
in quadruplum ex *Legib. XII. Tabb.* scilicet actione in factum,
Gloss. ad c. l. 27. §. 28. ad L. Aquil. verb. in quadruplum. Aliæ eti-
am actiones supersunt, si quis (4.) criminaliter crimen prose-
qui velit, siquidem ex constitutione Imperatorum Domitiani &
Hadriani si servus fuerat, qui castratos fecerat, morte plesteba-
tur; si liber præter exantlatam pœnam *L. Corn. de Sicar.* bo-
nis privabatur: Similiter hoc iudicium tanquam speciale ali-
quod contra præceptum. *l. 5. de pœn.* in absentes exercebatur,
& qui neglectâ sanctione hæc spontè se excidendos præbue-
rant, unâ cum medicis, qui exciderant thlibiasque reddiderant,
capitale supplicium subire cogebantur. Neqve impunè fere-
bat patratum, qui servum suum castrandum tradebat, quia

B 3

cidem



eidem leges dimidiam facultatum partem, quæ fisco applicaba-
tur, detrahebant, l. 4. § 2. l. 5. l. 6. ad L. Corn. de Sicar. l. 1. l. 2. C. d.
Eunuch. Alio tempore hunc puniendi modum D. Justinianus
sustulit, sancivitque, ut qui quamcunq; personam in orbe Ro-
mano castrare præsumserint, siquidem viri sint, hoc, quod aliis
fecerunt, & ipsi patiantur, & si incolumes evaserint, tam bona-
eorum addicantur fisco, quam ipsi mittantur in insulam: Eâ-
dem fermè ratione se res habet cum fœminis, aliisque qui ad
hoc mandatum dederint, obtulerintve personas; aut etiam do-
mos, vel locum aliquem ad hoc præbuerint, sive viri sint, sive
mulieres, utpote qui injustæ hujus actionis testes facti sunt, nov.
142. cap. 1. § 2. arg. l. 15. ad L. Corn. d. Sicar. arg. l. 8. ad L. Jul. d. A-
dulter. nov. Leon 60. Consimilis pœna talionis legitur apud Came-
rar. part. 1. Oper. succisiv. c. 99. ubi Hermotimus sectorem suum Pa-
nionium coëgit propriis quatuor filiis genitalia rescindere,
quod cum coactus fecisset, filii iterum patris virilia rescare a-
dacti sunt. Hunc tamen retaliandi modum rursus suo tempo-
re antiquavit Leo nov. 60. in quâ decretum, ut qui detestandæ
hujus artis artificem ad castrandum advocavit, si in albo Impe-
ratoris famulatus fuerit, primum albo eximatur, ac deinde de-
cem auri libris in fiscum deferendis multatus in decennium
relegetur, malæ verò istius artis artifex & ipse primum flagris,
cuteque tenus tonsione deformetur, & postea bonis privatus
eodem temporis spatio patriâ exulet.

§ 2. Tertiam impotentiae causam legibus adscribere
placet, quia hæc certo modo hominum commistionibus limi-
tes præscripserunt, in tantum, ut vir respectu quarundam perso-
narum habeatur infirmus, cum eas attingere carnaliter non va-
leat, arg. l. 4. C. de incest. nupt. Finis in hoc negotio perinde va-
rius est: intendebatur enim vel solum coitus impedimentum,
v. g. in successione, quando ab unâ familiâ, cui propter ge-
nerandi impotentiam spes sobolis clanculum eo modo adempta
est, largior hæreditas in alteram transfertur, id quod non semel
atque iterum attentatum esse, fides historiarum, quam spontè
hic supprimimus nos edocet, vid. Delrio disq. mag. lib. 13. p. 1. quest.
3. sect. 2. p. m. 397. Deinde quærebatur hoc opere liberum libidi-
nis

nis exercitium, ad quod, ut honestius superintegeretur, ejus-
modi subjectis indigebant, quæ citra effectum inter viros pa-
terentur probrum, quid? quod inter fœminas absque læsione
pudoris externâ facerent, *Rittershus. ad §. 5. Inst. d. pub. judic.* E-
gregia (profectò) mulierum pudicitia, atque tot autorum
scriptis celebrata (si Diis placet) maritorum fuga; præoptan-
dum eqvidem, ut idem in eas sabaginum genus majori crebrita-
te recusum fuisset, quod tradente *Magnific. Dn. Rolsinc. in ord. &*
method. generat. dicat. part. 5. part. 1. p. m. 29 in ancillas quas-
dam non conjugatas, quæ circumforaneum quendam in ma-
gno honore habebant, quod in Venereo duello se strenuum
exhibere posset militem, & tamen cum testes intus laterent, eu-
nuchus appareret. Spem concipiebant mulierculæ, illum sic
fore sterilem, neque se imprægnatum iri; ast non ita multo post
cum uterus excresceret, eventus eundem probè valentem viri-
bus fuisse comprobavit. Tertius debilitandi finis lucrum per-
sequebatur, quod malevoli hi subsecantes captare assolebant.
Nam semper majori pretio vendebantur castrati, quam alii ser-
vi, quod clarum est ex *l. 3. pr. C. commun. d. legat. l. 27 §. 28. ad L. A-*
quil. l. 1. §. 5. C. d. Commun. serv. manum. l. 16. §. 7. d. publican. nov.
142. cap. 1. nov. Leon. 60. Camerar. Oper. successiv. cent. 1. cap. 99. p. m.
498. ubi eunuchus minor decem annis usque ad triginta, ma-
jor verò usque ad quinquaginta; Sin autem artifex fuerit, usque
ad septuaginta solidos valuit. Ulterior finalis causa, impoten-
tiæ præsertim fictæ propria, consistit in conservatione reveren-
tiæ, quæ etiam jure divino & humano inter consanguineos ac
affines intercedere debet, de qua uberius dicendi materies no-
bis subnascetur in *ib. 8. 9. & 10.* Causas externas nunc inse-
quuntur suo ordine causæ internæ, quæ ipsum esse rei ingredi-
untur, earumque prima est materia, quam cum metaphysicis,
eandem communiter in talem ex qua, in qua, & circa quam di-
stribuentibus, similiter triplicem facimus: Prima autem nobis
erit materia in qua, quæ alias subjectum vocatur, hanc consti-
tuunt mas & fœmina, quatenus inter eos actus conjugalis cum
effectu perfici non potest vel certo tempore, vel in æternum;
secunda appellatur materia circa quam, sive objectum, quam
suppe-

suppedirant partēs genitales quoad congressum sibi haud apte
respondentes: Tertia à philosophis verà & propriè sic dicta ma-
teria est ex quâ, eandem verò, (cum propriè, prout in substan-
tiis, in accidentibus adesse non possit,) hic repræsentat genus,
& consistit in defectu generaliter absoluteque accepto, non fa-
cta mentione absentiae perfectionis in esse copulae conjugalis
vel introductae, vel adhuc introducendae, quæ tamen superve-
niente postmodum formâ (tanquam secundâ causâ interna, &
quam hic per differentiam indigitatam volumus) ad eundem
certum respectum restringitur. Sed rem per se dilucidam esse
nemini non manifestum est, quapropter uberiori enodatione
superfedere hâc vice, nec facem luci accendere meridianæ no-
biscum decrevimus.

THES. IV.

Impotentia conjugalis duplex est: Vera
& ficta.

§. I.

SEpositâ etiam contemplatione causarum ad divisiones im-
potentiæ accessum facimus: distinguitur autem illa cum in
veram sive naturaliter & reapse talem; tum in fictam, sive à le-
gibus divinis atque civilibus in subjectum per se habile intro-
ductam. Sed quo relaturi sumus missitandum illud pecca-
tum, ut & scelus quod ad cælum clamat ac scire non proficit,
videlicet si quando vir cum bruto fœminei sexus, aut mulier
cum masculo irrationali *c. 4. mulier 15. q. 1.* libidinem peragunt?
Veræ sanæ impotentiae accensendum haudquaquam puto, quia
vetitâ hâc commistione opus quoddam vivum producitur,
tametsi monstrosus, simul ac, naturæ processum si spectes, de-
forme. Fictæ igitur impotentiae associabimus, idque magis ideo,
quod habeamus certò compertum, insurrexisse leges, armata-
que jura ferro persecutore, ut exquisitis pœnis subderent hoc
crimine infames. Morte namque puniuntur jure divino, &
xod. 27. v. 19. Levit. 18. v. 23. & 20. v. 15. maledictio eis imponitur,
Deuter. 27. v. 21. item jure canonico mulier, quæ accesserit ad
omne

omne pecus, volueritque ascendi ab eo, morte moriatur, *cit. can. mulier 15. q. 1. c. reos 23. q. 5.* & nostris moribus una cum bestia igni comburuntur. *Const. crim. Carol. V. artic. 116. verb. So ein Mensch mit einem Vieh / &c.* quod quondam quoque Monspefuli factum refert *Ritterbus, comment. ad tit. Inst. si quadrup. in fin.* ubi mulus calcitrosus, cum quo homo coierat, præcisus quatuor pedibus una cum malefico flammis immisus fuit: rationem instituti hujus venustam suppeditat *cit. can. mulier.* credendum esse pecora inde jussu interfici, ut ne tali flagitio contaminata indignam refricent facti memoriam. *Rittersb. l. c. Damboud. prax. rer. crimin. cap. 98. n. 15. p. m. 290.*

§. 2. Major forsan dubitatio latet in hermaphrodito, eoque qui de utroque sexu, & virili & foemineo participat, quem tamen omnino potentem pronunciamus, non observato altero membro, secundum quod minus validus est, utpote accidentario, *l. 10. d. stat. homin. l. 15. §. 1. d. testib. l. 6. §. 2. d. lib. & posthum.* quod omne peragitur mediante inspectione, quam si recusat, planè ad matrimonium admittendus non est. *Carpzov. Jurispr. Consistor. lib. 2. t. 1. defn. 16. n. 14.* Feudum autem rectè accipit, sive masculinum, sive foemininum genus prævaleat, *vid. Ludvell. synopsis. feud. cap. 6. ex Arum. Diss. Feud. 3. tb. 33.* & licet per se servitia bellica præstare non possit, hoc tamen per alium efficere valet, *arg. §. 1. 2. F. 3.* adde quod omnia feuda militaria non sint. Quid verò si utroque membro æqualiter polleat, quod fieri posse arbitratur *Zoesius comment. ad tit. X. de frigid. n. 6. Paul. Zach. lib. 3. Quæst. Medico-Legal. q. 9. tit. 1. n. 2. & Raup. Biblioth. Portat. Loc. de Conjug. cap. 5. q. 7. p. m. 241, ex Hieron. Mont. Med. Theor. lib. 1. cap. 6. Wolff. vol. 2. p. 510.* exemplis quibusdam confirmat? Ad quæstionem hanc, (quamvis multi an ejusmodi hermaphroditi existere queant, valdè perplexentur, adeoque eandem suis Autoribus stabilieadam lubenter relinquunt,) pro temporis interim circumstantiâ, respondemus, utroque eum naturaliter in actu conjugali uti posse, propterea quod hoc legibus interdictum nullibi inveniamus. Nec remoram faciunt contrariæ opinionis affectæ statuendo, eum debere vel maris, vel foeminæ personam eligere, adhibitâ insuper cautione juratoria,

C

toriâ,

toriam, se alio, quam electio, genere uti non velle: At hæc protulerunt textibus juris destituti, sine quibus loqui erubescimus *nov. 18. c. 1. § 5. ad d. l. 19. C. d. Collat. Hieron. Schurff. Cens. 1. Conf. 32. n. 2.* Quod enim attinet *arg. e. s. X. d. cler. conjug.* longè alium & diversum casum illud continet, quum agit de clerico conjugato beneficiis ecclesiasticis privando ex eâ ratione, quia is magis cogitat, quomodo placere possit uxori, & ideo minus, quæ Dei sunt cogitare valet, ab hoc verò argumentari non licet: Ergo hermaphroditus utriusque sexus officium æqualiter præstare valens necessario ad unum tantum ut se adstringat, cogendus est. Porro non refragatur nobis *l. 9. de part.* ubi dicitur difficile esse, ut unus homo duorum vicem sustineat, *add. l. 6. pr. C. d. postuland. l. 14. pr. C. d. Assessor. l. 13. §. 4. ad SC. Trebell.* quoniam hæc omnes sunt intelligendæ particulariter, & hoc ob casus quamplurimos, in quibus unus multorum vicem subire potest, *vid. l. 59. in fin. ad SC. Tertull. arg. l. 3. d. Adoption. l. 7. §. 2. d. Senator. l. 25. §. 21. de fideicom. libert. l. 27. qui testam. fac.* Præterea infirma est allegata legis applicatio, præsentem nostrum casum si consideramus, ubi hermaphrodito jam præsupposito minime difficile aut molestum est, duorum repræsentare personam. Verum denique non est, modo uno, modo altero sexu uti indecens esse in eo, quem natura adeò validè ditavit, ut duplicis sexus functionibus, quod hic subintelligitur, satisfacere queat. Quod tamen hæc vel consuetudine, vel alia quadam lege positiva indecentia fieri possint, ambabus largimur manibus.

§. 3. Affines hermaphroditis sunt personæ, quæ sexum mutant, quod factum legimus apud *Livium l. 4. secund. bell. pun. & Plinium bistor. lib. 7. cap. 4. item A. Gellium Noct. Attic. lib. 9. cap. 4.* De his similiter quæstionem formare animus est, an nimirum possint pro mutatione sexus veluti impotentes matrimonium contractum rursus dissolvere? Respondetur quod sic, ratio est, quoniam mutantur essentialia conjugii, quibus sublatis, omnino illud tollendum est, *arg. t. t. de Rit. Nupt.* Quamvis adhuc cum *Dn. Rolfin. lib. alleg. c. 3.* & qui ibidem citatur *Cardan. d. var. rer. lib. 8. c. 43.* confiteri necessum habeamus, mutationem sexus fæminei in virilem à multis pro apparenter vera, verè tamen fabulo-

bulosa haberi, quia masculi omnes fuerunt, qui feminæ judica-
ti sunt, ac in viros mutati recensentur. Et licet aliquam fissu-
ram obtinuerint, quâ membrum virile intromitti potuit, ute-
rum interim non gessisse, sed genitalia mascula, quæ latuerunt,
post vel naturæ conatu prodiisse, vel accedente motu quodam
violentiore. Fusius prosequitur, pluribusq; autoribus hoc con-
firmant *Delrio l.c. lib. 2. quest. 22. p. m. 201. & seqq. Riolan, Anatom.*
c. 22. Kornmann. de Jur. Virgin. cap. 116.

THESIS V.

Impotentia vera est coëundi defectus in
corpore latens, quo quis impeditur alteri carna-
liter commisceri.

§. I.

MULTI hoc loco assertionibus nostris ruinam struere conan-
tur, dum copulam carnalem de essentia matrimonii non
esse, quin potius accidentium more citra læsionem essentiæ ad-
esse vel abesse posse clamitant. Ast nos rem salvam adopina-
mur, distinguentes cum *Thom. addit. ad part. 3. q. 58. artic. 1. n. 40.*
p. m. 534. inter copulæ carnalis actum & potentiam: illum de
matrimonii essentiâ esse, cuiuslibet ipsi pernegamus; sed hanc o-
mnimodo requiri constanter firmamus, *Lancellot. Inst. Jur. canon.*
Lib. 2. t. 9. vers. Et merito. & c. & si illa abfuerit, errorem circa
substantialia intercessisse dicimus, Gerbard. Tom. VII. Loc. theo-
log. de Conjug. n. 658. debet enim consensus semper ita formatus
esse, ut præsupponat habile subjectum, quod eundem suscipiat,
atque *arg. l. 220. §. 3. de Verb. Signif.* animum & votum procreandi
liberos simul includat: quoniam matrimonium sponsione ini-
tiatur, consensu ratificatur & copula confirmatur, *Cyriac. Len-*
tul. part. 1. de Jur. bell. & pac. cap. 17. p. m. 170. hinc ille sequitur es-
sentiam copula, ac primum est causa secundi, & ex secundo (verba
sunt *Magnific. Dn. Struv. Ex. 29. tb. 20.*) primum infertur, cum ratio-
ne quod, naturali constet, sine vinculo indissolubili non licere copulam.
Eodem fundamento moti consortium illud, quod potens cum

impotente contraxit scienter, verum matrimonium vocare non possumus, *add. Dn. Struv. l. c. Panormitan. ad c. 4. X. d. frigid. Covarruv. b. t. q. 7.* nimirum propter causæ institutionis absentiam, pariter ac materiæ inhabilitatem tantam, ut solus consensus nihil valeat: quare si cum alterâ potente se commiscuerit, illi adhærere tenetur, *Dornssberg. Tract. de Except. adult. part. 1. sect. 3. cap. 7. n. 140.* quemadmodum etiam impubes, qui alias, donec ad maturiorem statum perveniat, expectare obligatus est *c. 9. de illis X. d. desponsat. impub.* quamvis uterque priorem conjugem impotentem alere debeat, *Panormitan. l. c.*

§. 2. Parum quoque exemtile quæsitum est, quod de diabolo, communi nominis hoste, movetur, *vid. Grilland. q. 7. n. 8.* & 9. an ille secundum traditam definitionem nostram potens, an verò impotens judicandus sit? Cuique enim exploratissimam esse conjecto (quamvis *Remig. in Demonolatr.* notante, *Kornm d. jur. virg. c. 35.* neget) spurcitiem dictu foedisimam quam malefici & sagæ cum hoc immundo spiritu peragunt, *Delr. l. 5. sect. 16. p. 760. & 779. it. lib. 5. c. 2. sect. 3. q. 3. p. 983.* simul ac ex quâ sæpenumero deformes & horrendi partus vulgò **Die Elben oder gute Kinder** editi prognatique sunt. Mentionem ejus facit adductus *Autor histor. mag. lib. 1. n. 36. ex Heft. Boeth. lib. 8. hist. Scot.* in medium adducendo fœminam, quæ ex nefandâ hâc admisione monstrum undiquaque horrendum enixa fuit. Consimili ratione recitat *Cardan. d. var. rer. lib. 15. cap. 80.* Bernam atque Pinnetum (quorum hic annorum octoginta, ille septuaginta quinque) venereas voluptates per quadraginta annos cum Satanâ sub mulieris simulatâ specie exercuisse, conferat. *Thomas à Vio, Cajetan. in 2. 2. q. 99. art. 3. Augustin. d. Civit. Dei libr. 3. c. 2. Luther. in convival. Carprou. prax. crimin. part. 1. q. 50. n. 19. & seqq. item Vier. d. prestig. demon. lib. 2. cap. 44. ubi de mercatoris uxore, & lib. 3. cap. 9. & seqq. ubi de monialibus quibusdam sub formâ canis cum hâc damnatâ bestiâ congregantibus plurima enumerat.* Quid ergo; potentem faciamus spiritum, an impotentem? Et impotentem negativè. Confirmat assertionem nostram, quod improbisimus hic insidiator succubam agendo semen humanum suffure-

suffuretur, & tanquam incubus iterum adhibeat ac applicet, non secus, ac si uxor cum naturali marito rem haberet. Hinc etiam de facili liquet, quid statuendum sit de infante, quod ex hoc coitu producitur: dicimus enim illum non esse filium dæmonis, sed cujus sperma surripuit, hominis, *vid. Damboud. prax. crimin. cap. 98. n. 34. p. m. 293. ex Grilland. d. sortileg. lib. 2. n. 13.* Siquidem non sequitur, quod cum aliquando mulier infantem dæmoni facie similem enixa fuerit, hoc statim potuerit dici opus diaboli: quia illud factum reor ex imaginatione, ubi personatus maritus cum eâ concumberet, *Delr. lib. 1. cap. 2. q. 3. p. m. 18. ex Hier. Torquemad. hort. flor.* Præterea Deus æq; ad animam ejuscemodi partus concurrat, atque hoc facit in infante ex incestu vel adulterio edito, quæ dæmon duntaxat, tanquam instrumentum semen addat hominis aliunde sublatum. Hunc tamen effectum nunquam tribuimus diabolo succubam agenti, quasi ille possit partum vitalem edere, adeoq; Vagiones vulgò *Wechselbälge* producere; Nam in istâ generatione omnis conatus soli viro effectivè adscribendus est, qui cum ad subjectum capax non determinetur, omninò citra fructum naturaliter permanet; quemadmodum etiam hoc procedit in incubo per se considerato, quamvis quidam truculentam Hunnorum originem eidem acceptam ferant, *vid. Münster. Cosmograph. lib. 3. de Germania cap. 3. & Gothorum Regis natales nobili & spiritui incubo ursi formam gerenti; item Merlini vatis Angli, gigantumq;ve, de quibus Genes. 6. diabolis adscribant, add. Kornmann. d. jur. virg. c. 35.* Cæterum, ex quâ materiâ corpus illud, quod diabolus, nonnunquam permisso diviño assumit, conficiatur, ubi rursus deponatur, & an ad generandum habile sit; item an dæmon efficere possit, ut virgo mente & corpore permanens, non ramen sine virili semine, concipiat, aliis relinquimus: Etenim *Martinus Delrio lib. 2. q. 15. p. m. 159. & 163. & ex hoc Paul. Zach. 2. Medicoleg. lib. 3. t. 1. q. 8. n. 9.* asserit, dæmones posse defunctorum corpora assumere, vel de novo sibi ex aëre, & aliis elementis ad carnis similitudinem palpabilia effingere ac formare: posse illa pro lubitu movere & calefacere; posse virgini dormienti & ignaræ



aliundè sumptum verum & fœcundum semen, sine congressu carnali, hymene, aliisque claustris virginitatis incorruptis infundere: Sed hæc, uti dictum nostra jam non facimus, (quomodo nec modum, quibus incubi & succubæ pelli possunt, de quo *Tholosan. de Repub. lib. 3. c. 32 n. 10. p. 1035.* hic examinamus,) quoniam instituto ex assè satisfacit, reperiri ejusmodi amplexus, quos ignis flamma persequuntur leges, *vid. Const. Caroli V. artic. 109. verb. und man sol solche Straffe mit dem Seuer thum / add. Delr. lib. 5. sect. 16. lit. yy. p. m. 781.* Aliàs plura exempla suppeditant *Kornmann. d. mirac. vivor. tit. d. natis sine patre. Sprenger. Mall. Malef. part. 2. q. 1. cap. 4. & seqq.*

THESIS VI.

Species ejus sunt: In viro quidem; si membri genitalis contusione, convulsione, abscissione, item perpetua frigiditate & maleficio: in foeminâ; si fluxu menstruo perpetuo ac incurabili, nimiâ arctitudine ac protuberantiâ clitoridis laborant: sunt & aliæ similes quamplurimæ.

§. I.

Quod si unquam ulla hominum improbitas, & armata sceleribus nefandissimis nocendi libido rabiem aliquam, & execrandam in mundo crudelitatem exercuerit, hanc profectò indignissima illorum caterva perpetravit, quæ cæco furore iterum atque sæpius impulsâ tentare per nefas, quæ ne quidem per fas sperare deberet, vel in proprium sexum ausa fuit. Etenim membra, quæ hominis nascendi causam suppeditant, lancinavit, & creaturam aliam, quam qualis Conditoris sapientiæ placuit, in mundum introducere contendit, *nov. Leon. 60.* Comprobant hæc plurima impotentium genera, quæ unicè uniceque ærumnositatem suam proterviâ hujuscemodi acceptam ferunt,

ferunt, pariter ac suum à naturâ ad vivendum destinatum tempus ante tempus inique finitum esse clamitant, *nov. 142. proem.* Laborant enim quidam genitalium attritione & concisione, qui vocantur thlibiæ nec non thlasiæ, à Græcis *θλάω* frango, æquè ac *θλάω* tero, quod fotu aquæ calidæ fiebat & manuum admotione, ut hoc pacto pretiosiores essent, & in principum deliciis, *vid. Calvin. lexic. hoc vocab.* quanquam qui thlibiæ uti quoque thlasiæ appellitentur, varii variè enucleent, ipseque *Accursus in l. 128. d. Verb. Signif.* nesciat, mox tamen subdat, quòd sint, quibus demta virga cum testibus supponantur fistulæ, ut urinam mittere possint; sed hæc significatio nobis hæc vice confundit thlibias cum castratis, de quibus tamen paulò inferius pauca subjiciemus. *Ferrand. 1. Explicat. 47.* notante *Godofred. ad l. c. 128. de V. S.* pro iisdem accipit, verum huic expressum textum *l. c.* obstare nemo non videt. Aliter explicantur *in Gloss. ad l. 5. ff. ad L. Corn. d. Sicar.* quòd vel sint instrumenta, quibus cum quis leviter castratur; vel venæ, quibus incisis virilia amittuntur: Ast hunc sensum planè à textu alienum esse contextus evincit. Sancitum namque fuit in præcedente lege, ne spadones fierent, mox subjungitur in nostrâ, ne thlasiæ fierent, quòd sanè haud tutò de instrumentis aut venis intelligi potest; idque ideò multò magis, quum ipsa *Gloss. in Explicat. 3. ibid. vacillet.* Malumus igitur hic vulgarem opinionem stabilire, *arg. l. 4. pr. d. bis qui not. infam. Scotan. ad lib. 1. ff. t. 4. q. 36.* quæ thlibias vocat, quibus genitalia attrita; thlasiæ, quibus venæ testiculos firmantes incisæ sunt adeò, ut tanquam membra mortua propendeant exiles & frigidi, nullique usui amplius apti, *Borcholt. ad §. 9. Inst. de Adoption. Habn. Observat. ad Wesenbec. tit. d. Adoption. verb. spadonibus.* Ejusmodi thlibias tamen, ut supra dictum, potentes facit *Calvin. in lex. b. v.* minus rectè, interim in ejus defensionem, si modò aliquam contextus verborum recipere velit, illud proferre conatur *Zachias Quest. Medicoleg. lib. 3. t. 1. q. 9. n. 17. & 18.* quòd intellexerit de iis thlibiis atque thlasiis, quibus neque benè, neque universim contusi seu attriti fuerint testiculi, (sicuti facile in hæc operatione, etiamsi ab arte fiat, evenire potest,) sed illis præci-

præcipuè parastatæ integræ remanserint, & sola testium sub-
stantia contusa contabuerit; vigore enim dictarum glandula-
rum possent hi fortassis generare, sed vitium nunquàm tolle-
retur.

§. 2. Alterum genus impotentia animadvertimus in spado-
nibus, communiter sic dictis $\lambda\pi\theta\ \xi\ \omega\tilde{\alpha}\nu$, i.e. à convellendo, non
à Spata Persarum urbe, unde primos advectos volunt, *Borch.*
l. c. nisi fortè civitas istam insimul denominationem à convul-
sione adepta fuerit, quamvis aliud *Ammian. libr. 4.* videatur,
nimirum Semiramidem primam fuisse spadonum autorem,
confer Godofred. in not. ad l. c. Schultz. Chron. histor. Assyr. p. m. 3.
Cæterum comprehenduntur generali spadonum appellatione
tàm hi, qui naturâ spadones sunt, item thlibiæ & thlasiæ, & si
quod aliud genus Spadonum reperitur, ut sunt castrari, unoq;
testiculo præditi, *l. 4. §. 2. ad L. Corn. d. Sicar. l. 128. d. V. S. l. 6. l. 7. l. 38.*
§. 7. d. edil. edict. l. 39. §. 1. d. jur. dot. Phil. Melancht. loc. de conjug. sum.
d. natur. Spadon. p. m. 759. Rennem. d. jur. personar. Diss. 3. §. 21. Zach. l.
c. n. 6. Nos hoc loco eos eligimus, qui frigidioris constitutionis
sunt, vel alias talismodi morbo fontico impliciti, *Habn. ad Wesf.*
tit. d. Rit. Nupt. verb. impotentes p. m. 142. ut generatio inhibea-
tur, quod tamen naturæ vitium adhuc ope medicorum tolli &
curari possibile est, & de his agunt §. 8. *Inst. d. Adoption. Borcholt.*
b. l. l. 2. §. 1. l. 40. §. 2. b. t. l. 39. §. 1. d. jur. dot. l. 14. §. 2. d. manum vin-
dict. Huc item quandoque referimus, qui virgam quidem ha-
bent erectam, semen tamen emittere non valent, *Ungepaar.*
comment. ad tit. X. d. frigid. & malefic. n. 5. Nicolaus de Tudeschis
ArchiEpiscopus Panormitanus ad cap. 2. quod sedem X. b. t. Sed op-
ponit *Gloss. in c. 25. hi qui. 32. q. 7. Petr. d. Palud. ad tit. X. de frigid.*
quod mulierem provocare possit: At veriolem esse putamus
cum *Panorm. l. c.* communem opinionem, asserentem contra-
ria; quia ex quo non potest generare, non potest dicere uxor:
volo esse mater, *c. 1. accepisti X. de frigid.* Idem enim esset, ac si
alio quodam instrumento sibi met ipsi mulier stuprum intulif-
set, sicuti hoc fieri aliquando ex *Riolan. Anatom. cap. 35.* notavi-
mus supra *tb. 2. §. 3.* Aliàs etiam observandam animadverti-
mus metaphoram in largiori voce Spadonis: Significat quip-
pe in-

pe insupet surculum minus fructiferum, prouti notat ex *Columell. Fab. t. besaur. hoc. voc.* Quemadmodum igitur infructuosus aliquis ramusculus virens eadem assurgit, sed nullum ad se ulterius, uberiusque propagandum granum relinquit; Sic & enervatus turpiter adolescentulus procerus floridusque accrescit, liber a multis, qui juvenes, senesque manent, morbis, attamen exclusa omni propagandi spe, *nov. Leon. 27.* juxta & seposito multiplicandi emolumento, *arg. pr. Inst. d. Excus. tutor. l. 2. §. 2. ff. b. r. §. 4. Inst. ad S. C. Tertull.*

§. 3. Tertiam impotentium speciem exhibent castrati, *Ungewaur. comment. ad tit. X. d. frigid. n. 3.* quibus vel scientibus vel non animadvertentibus arte magicam ipse penis cum testibus, excisus est, de posteriori *vid. Delrio. lib. 3. p. 1. q. 3. f. 2. p. m. 397.* etiamsi servato quandoque virili membro testiculi solum, excisi soleant; quod omne cum maximo vitæ discrimine peragitur, ita ut *Imperator Justinianus in nov. 142. proem.* è nonaginta ægrè tres servatos esse attestetur. Derivantur autem hi à castrare, quod idem est ac secare, unde *Plin. 18. c. 32.* castrare juvencos. Non officit nobis *Accursius in l. c. 128. d. V. S.* qui naturam spadones vocat castratos, quasi castè natos; sed forsitan minus rectè: cognita quidem est crebra hæc Jurisprudentum allusio ex *pr. Inst. de Testam. Ordinand. pr. Inst. quib. mod. re contr. oblig.* verum quam hoc in casu ægrè applicare valemus. Castitas enim præsupponit subjectum ita ordinatum, ut utrumque extremorum recipere possit, si velit, quod hic in castratis non procedit. Alio nomine castrati dicuntur eunuchi, (quam & hæc appellatio generalis est, *c. q. qui sitit, 33. q. 5.*) ab *ευνυ* cubile & *εχω* custodio, quoniam lecti custodes sunt, qui infirmul ad observandos actus fœminarum illibatos adhibentur; *novell. Leon. 98.* hinc *Claudian. in Eutrop.* militia Eunuchi nunquam progressa cubile. Quidam ut commodiore verborum toga illatam naturæ maculam circumdare possint, hanc vocem deducunt ab *ευνουειν*, quod benevolam maritis fidelitatem præstare consueti sint: Alii porro naturales causas insequentibus adscribunt ejusdem natales verbis: *εὐ νῆν ἔχειν*, quia cum re Venereâ abstineant eunuchi, nunquam deliriis vexentur, sed

D

ubiq;



ubique firmæ mentis fuit, add. Godofred. in not. ad novell. Leon. 98. Borcholt. l. c. Nobis, quibus sententias magis, quam verba urgere animus est cum *Delr. lib. 5. sect. 7. p. 720.* perinde erit, dummodo cuique pateat ex allatis, in quo significatu impræsentiarum accipiatur. Alias eunuchis *Leo Imperator. in nov. 27. & 28.* non obstante impotentia permisit una cum fœminis per adoptionem filios sibi facere contra §. 9. §. 10. *Inst. d. Adoption. arg. l. 16. b. t.* (quod tamen an adhuc valeat, non disputamus) item *Imperator Constans in l. 5. C. qui testam. fac.* eisdem componere postremas more omnium voluntates, conscribere codicillos salvâ testamentorum observantiâ concessit adversus *l. 6. §. 1. d. lib. & posthum. hered.* attamen matrimonium ubique invalidum permansit, *arg. l. 39. §. 1. d. jur. dot. nov. 22. cap. 6* (quamvis etiam quandoque ejusmodi exectus cum muliere congressi, prurimumque in eadem accendere valeat, *Carpzov. Jurispr. Consist. lib. 2. t. 1. def. 16. n. 2. Paul. Zach. Medic. Roman. Quest. Medico-legal. lib. 3. tit. 1. q. 2. n. 11. p. m. 14. Ex Sannazar. de Matrimon. cap. 3. art. 4. n. 19. & seqq.*) cum hâc adjuncta comminatione in *nov. 98. in fin. Leon.* ut si quis ad matrimonium procedere comperiat, & ipse stupri pœnæ obnoxius sit, & qui sacerdos istiusmodi conjunctionem profanato sacrificio ausus fuerit, sacerdotali dignitate denudetur.

§. 4. Aliam impotentia labem quartò injustam videmus maleficiatis, pariter ac iis, quibus genitalia ligata & abscondita sunt (ævipollent eum hic ligatus, devinctus, defixus, incantatus, maleficiatus *Spekban synopt. exeg. jur. pontif. ad lib. 4. Decretal.*) id quod certis quibusdam incantatoriis vocibus insusurratis, vel alio intoxicationis genere conciliari docet *Zieritz C. C. artic. 133.* nec minus canities historica confirmat, multis ubique magni nominis principibus hoc malum accidisse. Amasis certè Rex uxorem duxerat filiam spectati viri, nomine Ladice, cum quâ tamen, dum in toro cubaret, haud quicquam conjugalis exercitii exercere poterat, tam diu scilicet impotens quoad hanc (aliis enim mulieribus consueto more utebatur) quamdiu Ladice votivum Veneri votum votere desierat, quo concepto, confestim pristina vires restituta sunt

ea sunt, ut quoties eam adiret Amasis, voluntatem expletet, vid. ex Herodot. lib. 2. Arithm. peric. secund. D. 5. tb. 8. Adducamus porro, cum semper facta melius per plures probentur, arg. l. fin. C. d. fideicom. Johannem Galeacium, quem Ludovicus Sfortia, cum Isabellam Alfonsi II. Regis Arragonii filiam sibi matrimonio jungeret, magicis artibus per multos menses ad conjugii arcana peragenda impotem effecit, Francisc. Guicciardin. histor. lib. 1. p. m. 52. Præterea Bodin. Demon. lib. 2. c. 1. & Paul. Emil. in vit. Clotar. 11. concubinas Theodorici Regis iisdem ligamentis adversus uxorem Hermambergam usas fuisse inuuit. Ut jam omittamus Sylvanum, cui Numantina uxor carminibus & veneficiis recordiam iniecit, Tacit. lib. 4. Annal. p. m. 129. Imo nihil frequentius hisce involucris magicis esse testantur Thom. in lib. 4. sentent. distinct. 24. Arnif. d. connub. cap. 6. lect. 8. n. 19. Besold. Opusc. jurid. 4. part. 4. cap. 11. n. 4. de Nupt. ita ut à puerulis quoque adjectis illicitis quibusdam vocibus exerceantur, Cypraus d. sponsal. c. 9. §. 12. n. 13. Possunt enim (variètatem sceleris ordine docebimus) corpora impediri primò, ut ad se mutuo appropinquare nequeant, vel cum jungi conantur, phantasma aut quid aliud injiciatur intermedium, Paludan. in 4. sent. dist. 34. Deinde inducitur quandoque maleficium oblivionis, quo viri uxores, & contra, adeo susq; deq; habent, ut videantur earum non meminisse. Tertio tantum odium inter conjuges conciliatur nonnunquam, ut se invicem perferre non valeant, arg. c. 2. requisisti. 33. q. 1. Fern. lib. 2. d. abder. caus. cap. 16. Quarto ligantur (ut supra monitum) connectunturque ligula, & hoc in diem unum, in annum, in perpetuum, aut quamdiu ligamenta non soluta perdurant: homines tamen esse, quos nodare haud possis, esse, quos nodatio impediatur ante conjugium, esse, quos impediatur conjugatos, manifestè demonstrat Bodin. l. c. Quinto spiritus vitales à veneficis prohibentur transire ad membra generationis, & sic seminis decisio impeditur, Gerbard. Tom. VII. de Conjug. n. 661. Sexto semen prolificum exiccatur & subtrahitur. Septimò virga viri flaccida redditur, saltem quando quis vult actam matrimonii exercere. Octavo partes genitales retractantur & absconduntur

D 2

duntur

aduntur, ut planè ademptæ esse appareant. Latius hōs modos per exempla & testimonia illustrat *Delrio lib. cit. 3. p. 1. q. 4. sect. 8. & 9. p. m. 417. & seqq.* qui etiam *ibid. ex Saxon. Grammat. lib. 14. hist. Danor.* huc refert veneficium, quod contigit viris in urbe Karentina (apud Rugianos) qui si quando cum fœminis coirent, canum exemplo coherere cœperunt, nec ab ipsis morando divelli potuerunt, quid? quod interdum perticis è diverso appensi inusitato nexu ridiculum populo spectaculum præbuerunt.

§. 5. Non minoris non valentiæ arguitur quinto, qui virgam habet nodosam, *Ungepaar. comment. X. d. frigid. & malefic. n. 3. p. m. 555.* vel adeò carnosus est, ut nunquam possit mulierem sine periculo mortis deflorare, *Id. l. c. n. 7.* item puer ad reddendum debi. um adhuc inhabilis, *c. 2. quod sedem. X. de frigid. Panorm. b. l. n. 1. & c. 4. n. 2.* puta per naturam, non verò per leges civiles, *l. 9. de sponsal. l. 4. d. Rit. Nupt. nov. 100. cap. 2. vers. novimus.* (aliàs duos casus esse, in quibus ritè matrimonium contrahere impubes valet, asserit *Josepb. Mascard. d. probat. vol. 2. concl. 888. n. 10.* primus, cum de facto probata est coeundi potentia, quod scil. impuberes se mutuò cognoverint: secundus, quando aliàs apparet impuberem cum aliis extra matrimonium coisse.) Sic *Covarruv. de matrim. part. 2. tom. 1. cap. 5. de atat. in matrim. requisit. n. 6. p. m. 167. lit. b. ex Gloss. in summ. 20. q. 1. mentionem facit pueri, qui cum esset novem annorum nutricem imprægnavit: testatur etiam Hieron. in Epist. ad Vital. Presbyt. prout ex eod. Covarruv. l. c. deducit Borcholt. ad pr. Inst. d. nupt. verb. masculi puberes. Salomonem in decimo anno genuisse Robeam: Similiter Achaz in anno ætatis undecimo Ezechiam procreasse: Sed de his Hieronymi locis sequentia profert Covarruv. l. c. utramq; tamen certum omninò non esse, apparet ex posteriori D. Hieronymi opinione; & falsum esse censet *Connan. lib. 8. comment. jur. civil. cap. 4.* Quid tamen de se ne judicandum? omninò ipsi conceditur matrimonium, quia ille habitum possidet adhuc reducibilem in actum, *Sanchez. 7. Disp. 92. n. 19. & seqq. Panorm. l. c. n. 5. Zæf. b. t. n. 2.**

§. 6. Restant deniqve depravatæ qualitates quædam, muli;

mulieres potissimum afficientes : Sunt namque alia tanta corporis infirmitate correpta, ut debitum prestare nequeant, *v. quod proposuisti. 32. q. 7.* alia ita arcta, ut mulieres fieri non possint, *c. 6. fraternitatis. X. de frigid. Panorm. ad c. 4. consultationi, b. r. n. 2.* Hinc etiam non sanæ dicuntur, *l. 14. §. 7. de edit. edict.* Non curamus autem hic, an ista muliebrium locorum obseratio ex naturalibus causis oriatur, vel per medicamenta, *Panorm. ad c. 6. fraternitatis, X. de frigid. num. 4.* & morbum *Zachias l. c. lib. 3. tit. 1. q. 7. num. 30. cui jung. Aristot. 10. d. histor. animal. 6.* an à dæmone præstigiis causetur; item an arctitudo sit in ossibus, an in carnositate, *add. Delr. & ibid. tit. Antor. lib. 3. p. 1. p. m. 419.* Similem impotentiam conciliat clitoridis justò major eminentia, quæ copioso spiritu influens conjunctioni conjugali obstaculum affert, *Riolan. l. c. quam prodigiosa ista quantitas à veteribus annotata, & præterea etiam in Turcicâ quadam muliere (alteram à se adamatam comprimente, atque vi mox antea cum proprio marito congressus eandem imprægnante) observatâ, Zach. l. c. lib. 3. tit. 1. q. 8. ex Amat. Lusitan. cent. 7. curat. 18.* nostro seculo rarius reperiatur, *Dn. Rolfin. l. c. part. 2. cap. 42.* Sed sæcundio rem infirmitatum enumerationem contemplationi medicorum magis perspicuæ seponimus, quod suo quoque modo profectus est *Paul. Zach. l. c. lib. 2. q. 7. per tot.*

THESIS VII.

Oritur hinc actio personalis, quæ datur marito vegeto adversus uxorem impotentem, vel contra: ad annihilandum matrimonium vel statim, vel à legibus constituto tempore.

§. 1.

Cognito demum aliquatenus, & delineato breviter malo, quo sacra connubiorum nonnunquam mirum in modum divexantur, cognoscenda quoque veniunt necessitate postulante

D 3

lante



tantē medicaminā, quibus innocens ac per infirmitatē alte-
rius contristata pars libertati pristinae iudicis sententiā exponi,
adeòque in integrum restitui valeat, *Dn. Strauch. Dissert. 2. a-
phorism. 9. § 29.* Perspicimus autem ponderosissimum fere
momentum positum esse in actione, quā mediante uxori ad
Episcopum proclamanti: *volo esse mater, volo liberos procreare,
§ ideo matrimonium accepi, sed vir, quem accepi, frigida natura est,
§ non potest illa facere, propter quā illum accepi;* contractas nu-
ptias rescindere, aliique, si vult, nubere in domino, permitti-
tur, *c. 2. requisisti. 33. q. 1. c. 1. accepisti. c. 7. litera. X. d. frigid. l. 10. C.
d. repud. Gerhard. Loc. Theol. d. Conjug. n. 662. Spekhan. Synopt.
exeg. jur. civil. § canon. ad c. 33. q. 1. p. m. 315. Kornmann. d. jur.
virg. c. 32. Eadem intelligas velim de marito, qui pater fieri
discupit, *c. 6. fraternitatis. X. de frigid. Jason. in l. 1. n. 11. si quis
jus dicent. non obtemp. Boer. decis. 48. n. 3. Modest. Pistor. lib. 2. con-
sil. 47. n. 29. quod si fortē talem eligerit sibi inscius, Dn. Struv. Ex.
30. tb. 40. qualem utpote nimis arctam deflorare non valuerit,
cit. c. X. in fin. quia non potest videri nupta, quā virum pati
non potest admittereque, l. 30. quānd. dies legator. Schneidew.
comment. ad tit. d. Nupt. part. 4. n. 22.* Monendum tamen hic,
non semel atque iterum inventos fuisse conjuges, quorum u-
nus alterius imbecillitatem per tres, quatuor, imò octo vel
plures annos æquo animo tulit. Refert *Aritbm. l. c.* tempore
Corasii ab officiali Albaugustano diremtum fuisse matrimoni-
um, in quo conjuges per octo & decem annos absque ullo con-
gressu per mariti impotentiam vixerant: ejusdem farinae te-
stem videmus *Melanchtonem lib. cit. tit. de Natur. Spadon.* qui
viri doctissimi Simonis Grynei socerum narrasse dicit, se mor-
tuā primā uxore duxisse viduam virginem, quā undecim an-
nos nupta fuerat viro frigido, nec unquam ulli ante mortem
illius hanc rem patefecisse, *add. Carpzov. Jurispr. Consist. lib. 2.
tit. 11. d. 200. n. 17.* Quid verò, si probè conscius cum debili
matrimonium inierit, aut fortunā sic disponente impotens
cum impotente privativè conjunctus fuerit? Contrarium cer-
tè pronunciandum est; quum eam habeat, præprimis jure
canonico, tanquam sororem, quam tanquam uxorem habere
non*

non potest, c. 2. *requisisti*. 33. q. 1. c. 4. *consultationi*, c. 5. *laudabilem*. X. d. *frigid. Pac. Isagog. b. t. Ungepaar, b. t. n. 6.* (ast hæc intellige, quatenus consentiunt, quod tamen negat *Kornmann. d. jur. virg. c. 32.* & deest periculum incontinentiæ in alterutro, *Zes. b. t. n. 5.*) Rationem quandam, quare ejuscemodi consortium tolerari queat, superaddit *Panormitan. ad c. 4. consultationi*, X. d. *frigid. n. 3. p. m. 35. a.* quod sicuti veri conjuges possint promittere continentiam simul morando. c. 4. *quod Deo. 33. qv. 5.* (secus si vir dicat, continere volo, nolo autem uxor, c. 1. *si dicat. b. l.*) ita etiam isti simul morari valeant in continentia; Et pro hoc adducit *textum in c. 11. omnino. distinct. 31.* ubi *Paul. 1. ad Corinth. 9. v. 5.* de uxoribus Apostolorum dicit: numquid non habemus potestatem circumducendi mulieres sorores; unde putat, conjuges appellari sorores, in quibus non exercetur carnale commercium: Sed hæc Autori prolixius applicanda juxtim & enucleanda reservamus. Præterea maritus impotens separationem sollicitare potest, non refragante eo, quod copulæ impedimentum in proprio corpore absconditum sit: declinat quippe hoc pacto matrimonii onera, ad quæ perferenda aliàs constante matrimonio tenetur, *Panorm. l. c. ad c. 1. accepisti, n. 1. Besold. Opusc. Juridic. l. c. p. 62.* modò habeat probationes sufficientes: Sic audiendus non est allegans impotentiam ob defectum unius testiculi, nisi testis relictus parvus & deficiens sit, & in summa ea vitia sortiatur, quæ etiam ambobus communia esse possint. *Zach. l. c. lib. 3. tit. 1. q. 9. num. 6.*

§. 2. Quæritur autem primò, an inter hasce personas contractum matrimonium rescindatur, an verò nullum prædicetur? Dicimus omnino hic non tam rescindi, quàm nullum prædicari ipso jure. c. 1. *accepisti. X. de frig. Auth. sed hodiè C. de Repud.* (nisi tò rescindi abusivè sumere velis, uti *rubr. ff. quæ sent. sin. appell. resc.*) Præsumitur enim nullum unquam adfuisse, nov. *Leon. 98.* quum semper defuerit illius finis atque consummatio, copula videlicet carnalis, *Schneidew. l. c. Valentin. Arithm. peric. secund. D. 5. d. Nupt. rh. 8. lit. a. Melancht. d. Conjug. summ. cit. d. natur. spadon. p. 759. Gerhard. l. c. n. 658. Chrysofb. Dornsparg. Tract. d. Except. adult.*

adul. part. 1. sect. 3. cap. 7. n. 138. & seqq. Carpzov. Jurispr. Consult. lib. 2. t. 1. def. 12. n. 1. (quamvis d. tr. d. jur. virg. c. 32. Kormann asserere velit, in contrahente scienter cum impotente esse verum matrimonium) Hinc etiam cessat pœna adulterii ordinaria in marito vel uxore, qui quæve ob conjugis impotentiam coeundi cum alienâ persona extra conjugium se commiscet, mitiorque vel fustigationis, vel relegationis pœna adhiberi debet, quoniam pars valida remedio uestionis privata levius quoque delinquit, *vid. Carpzov. prax. crimin. part. 2. q. 61. n. 14. & seqq.* sicuti & persona coadulterans non minus ac ea, quæ ob denegatum debitum cum aliâ extra conjugium se congregitur, leniori supplicio afficienda venit, *Id. l. c. n. 21. & 24.* Rescissio igitur nobis hoc loco pronunciationem nullitatis à iudice factam significat, non quòd simpliciter hic actus tanquam ab initio validus eâdem ex se intrinseceq; indigeat. Idem dicendum de conjunctione, quam potens cum impotente inivit scienter: nam nec ibi verum matrimonium est. Secunda quæstio ex priori ut plurimum redundans est, quod si jam ob impotentiam nuptias præcedentem in genere nullum prædicetur matrimonium, an hoc pacto etiam connubia senum nulla judicari debeant, quemadmodum hoc fiebat Lege Jul. & Papia, *l. 27. C. d. Nupt. item l. 15. §. 2. d. adopt. l. 21. pr. d. Ad. Empt.* ubi sexagenarius ad generandum, & quinquagenaria ad concipiendum præsumuntur inhabiles. *¶* aut senes considerantur ut potentes ad actus venereos, quamvis id difficulter fiat, & nuptiæ illorum non rescinduntur; aut senes considerantur ut planè impotentes, & matrimonium inter eos propriè sic dictum non est, *Gloss. ad cit. l. 27. C. de nupt. ex c. 2. X. de frigid. Paul. Zach. l. c. lib. 3. tit. 1. q. 2. n. 15. ex Nævarr. Conf. lib. 4. cons. 3. n. 15. de frigid. & malefic.* interim tolerantur, non magnopere probantur talia senum consortia, *arg. e. §. cum haberet. X. de eo qui duxit in matrim.* quæ in Republica, cum vero suo fine destituantur, haud facilè permittenda sunt, *Suetholt. D. 2. aphorism. 27.* Quid demum (tertiò quærere liceat) si senex vir ducat juvenulam, aut anus juveni nubat? De marito decrepito rem ex dictis clarere arbitramur; de vetulâ distinguendum, an labes in ipsâ sit, coitum impediens conjugar-

lem,

lem; an verò ætas nimium provec̃ta effectum copulæ cessare
faciat: illa utiq̃ve annihilat, hæc servat conjugia firma. Com-
modius tamen congressum senis cum puellâ concedi posse di-
cit *Raup. l. c. cap. 5. p. m. 286.* quam monstruosum illum juvenis
cum fœminâ effœtâ, fœtidâ, victâ, rugosâ, annosâ. *add. Carp-*
zov. Jurispr. consist. lib. 2. tit. 1. def. 15. Sed annon propter sterili-
tatem (ut quartum moveamus) nuptiæ divelli debent? Dic i-
mus solam sterilitatem, nisi etiam adsit adjuncta alia impoten-
tiæ supradictæ species, non esse sufficientem causam divortii,
quia impeditur non actus, sed effectus conjugalis, adde quod
sæpissimè de facili sit curabilis, *vid. Carpz. l. c. tit. 11. def. 200.*
Zach. lib. 3. t. 1. q. 7. confirmat quoque hoc c. 27. tantum valet. 32.
q. 7. nov. 117. cap. 8. etiamsi jure Pandectarum sterilitas justam
divortii causam præbuerit. *l. 60. §. 1. d. Donat. int. V. §. 11.*

§. 3. Posito nunc matrimonium ob impotentiam diri-
mi posse, disceptatur de novo, quantum temporis ad proban-
dam congressus carnalis infirmitatem indulgendum sit? Op-
ponuntur etenim communiter *c. 1. accepisti. X. de frigid. §. c. 5.*
laudabilem. c. 7. litera. b. t. Responderi posse videtur per distin-
ctionem hoc modo: quando defectus occultus est, & mani-
festare difficilis, (v. g. quando vir est infirmus, vel alias impe-
ditus adeo, ut experientia minoris temporis certa non sit,)
tunc partes cohabitent per triennium à tempore celebrati
conjugii, tam de jure Canonico, *c. 5. laudabilem. c. 7. litera X. d.*
frigid. §. malefic. quam civili, *nov. 22. cap. 6.* (etiamsi de hoc olim
tantum biennium constitutum erat, *l. 10. C. de Repud.*) quo e-
lapso, si vir, quod pro veritate vir sit, non ostendat, licebit mu-
lieri & ejus parentibus, disjungere matrimonium, *nov. cit. Beust.*
p. 2. c. 14. in fin. Melancht. l. c. Ludwell. Disp. 2. th. 3. lit. b. Befold. O.
J. part. 4. d. Nupt. cap. 11. n. 4. & dos sequatur mulierem, at do-
natio ante vel propter nuptias maneat apud virum, nihil de
suo damnificandum, *nov. cit. c. 8. donatio. X. de Donat. int. Vir. §.*
Uxor. Triennium autem incipit currere non à tempore mo-
nitionis per judicem factæ; sed potius à tempore, quo primus
impotentia defectus fuit observatus; quamvis aliquot tem-
pus arbitrarium ad preces peragendas à judice statui posse non

E

nega-



negaverimus per *c. 7. litera. verb. fortè placet Deo X. d. frigid. add. Panorm. b. l.* Requiritur præter hoc jure canonum, ut cum septimâ manû propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ, si propinqui defuerint, tactis sacrosanctis Evangeliiis uterque jure jurando dicat, quod nunquam per carnis copulam una caro effecti fuissent, *cit. cap. 5. laudabilem X. d. frigid. Delr. disq. magic. lib. 3. part. 1. q. 4. sect. 8. p. m. 417. Zoësius comment. ad tit. X. d. frigid. n. 9. p. m. 432. Ungepaur l. c. n. 4. Sanchez. 7. Diff. 94. n. 7. & seqq.* Quando verò continuò constat, ac sufficienter per inspectio- nem non valentia probari potest, *c. 6. fraternitatis X. b. t.* (v. g. in iis, quos natura impotentes effecit, *vid. th. 3. §. 1.*) nec istud triennium observandum erit. *Pac. Isagog. ad tit. X. d. frigid. Panorm. b. l. n. 6. c. 1. accepisti & c. 7. litera n. 1. c. 5. laudabilem n. 2. Melancton. l. c. Ungep. b. l. p. 556. Besold. l. c. Mascard. d. probat. vol 2. conclus. 888. n. 3. 4. & seqq. p. m. 192.* præprimis cum in certis amplius locus conjecturis esse non debeat, *l. 137. §. 2. in fin. d. V. O.*

§. 4. Major scrupulus delitescit in hoc casu, quando una pars impotentiam allegat, altera eandem negat, e. g. Titius thalami fœdere sibi junxit Affraniam, celebrato autem conju- gio illa ipsa clamitat Titium viribus non valere, Titius inficia- tur, ubi quæstio est, cui credendum sit? At optimè dissidium hoc deciditur in *c. si quis. 33. q. 1. c. 1. accepisti X. de frigid.* videli- cet si mulier in ipsâ statim novitate post mensem aut duos ad Episcopum aut ejus missum proclamaverit, separatio interce- dere potest, modo accusatio ulterius per rectum judiciû probe- tur. *c. 1. quod autem. 33. q. 1. Spekhan. lib. c. Pac. b. t.* (ubi tamen tanquam argumentum fallax non sufficit sola virginittatis læsio, quia hæc etiam aliis modis amitti potest, *Panorm. b. l. c. 7. n. 10.* nil dicam de viduis, ubi planè hæc inspectio cessat) Sin verò post annum aut dimidium ad Episcopum clamaverit dicendo, quod non fuisset cognita, maritus interim contrarium affir- met, marito tanquam mulieris capiti credendum est, *Ungep. l. c.* Rationem prægnantem satis *cit. c. 1. X. de frigid.* suppeditat, quia si proclamare voluit, cur tamdiu tacuit? cito enim & in parvo tempore scire potuit, si secum coire potuisset. Quapropter con-

contra mulierem defloratam duæ præsumptiones concurrunt,
(1.) quia tardè proclamavit; (2.) quia vir dicit se eam cognovisse: at rursus eliduntur, Si veraciter aliis circumstantiis eam adhuc virginem esse probari possit, vitiumque manifestum in marito extet, *add. Panorm. ad. sep. cit. c. 1. X. de frigid.* Veruntamen hæc dicta sunt de præcedente, non superveniente impotentiâ, sive jam illa violentâ castratione, membri genitalis truncatione, sive quocunque pacto concilietur, quoniam hæc matrimonium legitimè contractum nunquam dirimit, sed multò magis inikum ritè fœdus inviolabile conservat, *c. 29. quod autem 27. q. 2. c. 25. hi qui matrimonium, 32. q. 7. Pac. l. c. reg. 1. Schneidew. tit. alleg. d. Nupt. Melancht. d. conjug. summ. an propter morbos & c. p. 760. Panorm. ad c. 4. X. d. frigid. n. 3. Zæf. b. t. n. 4. Gerhard. Tom. VII loc. de Conjug. n. 658. & 685. p. m. 393. a. Dn. Struv. Syntagm. jur. civil. Ex. 29. tb. 20. & Ex. 30. tb. 40. Carpzov. prax. rer. crimin. part. 2. q. 61. n. 18. & Jurispr. Consist. part. 2. defin. 202. per tot. Harppr. ad §. 11. Inst. d. Nupt. n. 136.* Ratio est, quod conjuges ad quamcunque fortunam perferendam obligati sunt, nihilque existat tam humanum, quam fortuitis casibus mulieris maritum, vel uxorem viri participem esse, *l. 22. §. 7. solut. matrim. Reinhard. König. Theatr. politic. part. 1. n. 105 & seqq. Schönborn, lib. 1. polit. cap. 6. Gerhard. l. c. ex Luther. Tom. 2. Jenens. Germ. d. vit. eonjug. f. 156. b.* Dicuntur enim nuptiæ consortium omnis vitæ, ac communicatio divini humanique juris, ad hoc scilicet, ut conjux domicilii, fori, honoris & bonorum, omnisque fortunæ, tam secundæ, quam iniquæ, capax perpetuò & socia, imo quasi pars corporis mariti sit, eumque sequi teneatur vagabundum, exulem & extorrem *c. 8. admonere, 33. q. 2. arg. c. 3. unaquaque. 13. q. 2. Pomeresch. ad pr. Inst. d. Nupt.* Hinc venustè Theogena Agathoclis uxor Regis Syracusanorum, secum marito suo non tantum faventis, sed etiam adversi fati societatem inivisse dixit *Rittershus. ad pr. Inst. d. Nupt. p. 62.*

§. 5. Protulimus autem hæc de impotentiâ violentâ, uti & casu obveniente: Nam si quando maritus præpostero perpetuæ continentiæ studio ductus, *arg. c. 1. si dicat. 33. q. 5.* atque in Deum rebellionem faciens, *nov. Leon. 98.* voluntariâ vel potio-



ne vel executione sibi infirmitatem conciliaverit, à magistratu, cuius justam adversus se indignationem cudit, non tantum, puniendus; sed etiam pro malitioso desertore habendus est, *c. 7. aliquando 52. q. 2.* quia inimicum naturæ animum capessat, detrahitque, quæ debet, uxori, quod tamen eâ invitâ peragere prohibetur *cit. c. 1. si dicat. c. 2. notificasti. c. 6. una sola, 33. q. 5.* quocirca quoque innocenti parti de novo consulendum autumat cum *Bidenbach. d. caus. matrim. p. 101. Gerhard. l. c. n. 658.* Idem de muliere, quæ se ad sobolis conceptionem vel medicamentis, vel incisione arteriarum, quæ post aures sunt, fecit ineptam, statuit *Raup. Bibl. Port. d. Conjug. lib. 2. part. 5. cap. 4. p. m. 218.*

§. 6. Nec minus hic disquiritur, quando pars impotens post separationem novum matrimonium contraxit, an illud rescindi debeat? affirmat hoc *c. 5. laudabilem. X. d. frigid.* negat *c. 4. super sortiarias, 33. q. 1.* At iterum hoc negotium mediante quâdam distinctione componi posse arbitramur, videlicet: Separatio orta fuit aut ex frigiditate, aut ex maleficio: Si ex frigiditate, omninò secundæ nuptiæ rescindi debent; Sin ex maleficio, firmæ permanent. Ratio est, quod maleficiatus præcipuè respectu quarundam personarum imbecillis sit, respectu quarundam optimè valeat, imò sæpissimè omnes mulieres, exceptâ solâ conjugè carnaliter cognoscere queat, *c. 7. littera. X. de frigid.* adeoque Ecclesia minimè decipiatur, si is novam uxorem ducat, *d. c. super sortiarias:* Aliter se res habet in frigiditate & maleficio totali, seseque ad omnes indistinctè extendente; quæ cum non in certo subjecto finiantur, justissimè maritum novas nuptias ambientem, tanquam perjurii reum adigunt ad priora connubia redire, *d. c. laudabilem. Zoef. l. alleg. n. 13. Panorm. l. c. n. 7.* Eodem fermè effato uti possumus, si maleficiatus post separationem, antequam ad novum conjugium accedat, robustus fieret, nimirum eundem pari ratione non posse cogi: Ratio est, quoniam ab initio illud primum propter impedimentum, quòd intercedebat, ratione finis nullum iudicabatur; idcirco jam res de novo agenda, & quia nulla legum defraudatio accessit, consensus partium liberrimus adhibendus

ratu,
tum,
s est,
efiat,
erage.
3. 9. 5.
autu-
58. I.
medica-
cit in-
. p. m.
potens
illud
d. ne-
m me-
vide-
ficio:
t; Sin
ciatus
t, re-
mulie-
7. li-
is no-
bet in
dè ex-
iffimè
reum
l. alleg.
fi ma-
gium
e non
opter
a judi-
egum
iben-
dus

Idem denique affirmamus de muliere nimis arcta priori viro, quæ tamen per secundum maritum habilis facta sit primo, tamen secundo adherere tenetur.

§. 7. Ultimum superaddimus quæsitum, idque haud leviter inter Doctores agitatum, an nimirum maleficiato, ut hanc actionem adversus se instituendam evitet, liceat maleficii signa destruere, pariter ac sanitatem hanc viâ sibi comparare? In utraque quidem cum affirmantium, tum negantium parte argumenta extant haud minimi ponderis, vincere tamen arbitramur ea, quæ affirmativam firmant, quoniam (1.) remedium illud non est prohibitum jure positivo, nec quicquam in hac amotione intercedit illiciti, (2.) conducit ad rescindendum pactum, quod permissu divino magi cum diabolo respectu maleficiati inierunt, (3.) ex naturâ rei per se & intrinsecè malum non est: nam sicuti citra delictum ipsos maleficos nos insensantes ac per diabolum operantes tollere possumus; ita etiam instrumenta eorum ad operandum adversus nos excitantia jure naturali dissipare valemus, quod hic optimè procedit. *arg. l. 3. de 7. & 7. l. 1. §. 27. de vi & vi arm.* præprimis quum signum amovens non à dæmone, sed à Deo potius sanitatem expectet, tamen non eamus inficias, potuisse & sine signi destructione hunc Deus adjuvare. (4.) hæc sublatio fit mediis licitis, bonâ intentione & fine, neque pactum cum Diabolo importat: intenditur enim sanitatis restitutio, noxæ cessatio, atque fœderis diabolici abolitio: idcirco similiter non peccat, qui maleficum preces quasdam aut notas magicas in alterius detrimentum producentem, ne verbis, vel characteribus à dæmone effectum consequatur, probè verberibus cædit juxtim & variat. Negativæ assertionis fundamenta præferunt *Zæf. comment. ad tit. x. de frigid. n. 12. & ex Job. Hessel à Lovan. prælect. lib. 4. sent. Delrio lib. 6. c. 2. q. 3. sect. 1. p. m. 944.* quia quis se, signum deturbando, immisceret pacto diabolico tacitè: Namque pactus est satanas cum magis, & aliis, qui hoc prohibito verborum & notarum abusu utuntur, vel expressè vel tacitè, ut signo posito lædat, signo remoto desinat; qui ergo signum aufert, agit ex spe promissi pacti. Sed hoc argumentum robur suum obtineret, si nos

intelligeremus eum, qui vi pacti, quod magus fecit cum dæ-
mone, dæmonem cessare vellet; attamen qui subtrahit signum,
prout hic consideratur, non agit cum diabolo ex pacto, quin
potius illud ipsum, tanquam extremè sibi nocivum disjicit; a-
deoq; expectat, non ut ex pacto, quod nullum hic, dæmon ali-
quid faciat positivi, sed privati, & ut hoc signo non amplius
honoratus, atque liber à promissis, quibus maleficum arctius
sibi devinxit, facere desinat. Illicitum igitur est expectare ali-
quem effectum positivum vi alicujus pacti conventi cum dæ-
mone, quod cessare hoc loco nemo non videt: quoniam ne
quidem ideo signum tollitur, quod existimetur illi vim inesse
sic nocendi; sed quod credatur, quamdiu hæc posita mane-
bunt, Satanam propter pactum cum malefico non absolutè, sed
Deo permittente nocere posse & velle: aliquando enim dia-
bolus stat pactis conventis cum mago, non quia fidelis, sed quia
hoc ad decipiendos homines utile censet. Quocirca cum nec
honor, nec fœdus aliquod ad dæmonem hæc signi destructione
perveniat, sed tantummodo mediante divini nominis invoca-
tione ejus pactum removeatur, sui que ipsius defensio institua-
tur, illam licitam esse supra statuimus: quamvis insuper non
negemus, quod quando Deus in genere immundo permittit
spiritui mediante signo nocere, non posse eum nocere signo
destructo, quia permissionem suam sic limitasse videtur, hinc
tamen non sequitur Deum habere pactum cum dæmone. *add.*
Delr. sup. cit. loc. sect. 1. 2. & 3. ubi, præter remedia naturalia &
supernaturalia contra artes magicas, quatuordecim alia dissen-
tium dubia examinat, quæ quoniam omnia ferè ex unico hoc
prolato promanant, ne chartæ longius excrescerent, publicè
cum eruditis diluere animus est. Porro etiam sine peccato
munitionem crucis ad tollendum veneficium adhibere, quem-
admodum, si maleficus signum sciat, & sine maleficio auferre
possit, illud ab ipso inquirere, & eundem ad tollendum cogere,
vel amicè sollicitare possumus: prolixius de his *vid. Zes. l. 6.*
n. 10. & seqq. Binsfeld. ad tit. C. de Malefic. & Mathem. concl. 3. item
Bodin. Demon. lib. 2. cap. 1. qui de cive Ratisbonensi asserit, quod
magam

magam arripuerit strangulaturus, eamque vi ad impedimen-
tum solvendum compulerit.

THESIS VIII.

Impotentia ficta est coeundi defectus in na-
turaliter potente, divinâ ac civili lege introdu-
ctus.

§. I.

Quamvis hâc impotentiâ laborantes revera debitum con-
jugale solvere posse optimè nobis perspicuum sit, cum sæ-
pissimè firmiorem corporis constitutionem obtineant, quam
alii, qui hâc lege non tenentur; judicantur tamen ratione cer-
tarum personarum non valentes, *arg. l. fin. C. de sent. ex brevic.
recit.* atque ad copulam ineundam nullo pacto idonei, fictione
sc. juris, quæ idem in casu ficto, quod in vero veritas mihi ope-
ratur, *l. 28. de Vulg. & Pupill. subst. Everhard. loc. topic. à vi fictio-
nis. cui add. Barthol. Bertazol. Consult. decisiv. lib. 1. conf. 52. n. 2.
p. 242.* Nam ñ posse honestum infert, *Godofred. ad l. 79. de jur.
dot.* hi autem contra jus agunt, verecundiam ac pietatem læ-
dunt, *l. 15. de condit. instit. arg. l. 6. qui satisd. cog. simul & frenum
illegitimis cupiditatibus laxant, Melancht. de conjug. restrict. 1.
unde etiam quodammodo enatum illud, quod paria sint jus
non esse, & non competere. l. 1. C. quand. non petent. part. l. 3. S.
9. l. 4. de honor. possess. Bald. in l. nam etsi §. 1. de inoff. testam. Vul-
teij. Conf. Marpurg. vol. 3. conf. 35. n. 132. p. m. 517.*

THESIS IX.

Species ejus constituunt, si parentes cum li-
beris, fratres cum sororibus, tutores cum pupil-
illis, senatores cum libertinis &c. conjunctio-
nem ineunt.

§. I. Quo-

Quoniam hæc præsentis impotentia tractatio in materia præsertim nuptiarum inutilium & incestarum suis nititur radicibus, diffusionem, quo ex scriptis scripta præter necessitatem conficiantur, adhibuisse parum decebit; quin potius eandem tanquam rem communi Doctorum ore decantatam supremis degustasse labris juvabit. Exhibet autem se (1.) impotentia parentum, eorumque qui parentum loco sunt, in respectu ad liberos & contra, quam omni jure, divino civili & canonico prohibitam esse manifestum est, *Levit. 18. v. 7. §. 1. §. 5. Inst. l. 17. §. 2. l. 53. ff. l. 17. C. de Nupt.* Secunda intercedit inter fratres & sorores: sed de his nostrum jam facimus, quod vulgò quaeritur, an nimirum incestus juris gentium, an juris civilis ab ipsis committatur? Posterius tuentur *Giphan. ad §. 2. Inst. de Nupt. Ludwell. D. 2. tb. 4. lit. a.* aliique quamplurimi, moti potissimum auctoritate *l. fin. de Rit. Nupt. l. 38. §. 1. §. 2. ad L. Jul. de Adult.* Prius idque magis ritè adstruunt, *Dn. Struch. Diff. 2. apb. 11. Sutholt. Dissert. 2. apb. 35. Pomeresch. ad §. 2. Inst. de Nupt. v. fratrem. per arg. l. 8. l. 39. de Rit. Nupt.* & quia gentes, quibus leges Mosaicæ Deus non promulgaverat, ob violationem hujusmodi prohibitionis extremo exterminii supplicio Deus punit. Tertia est inter consanguineos & affines usque ad quartum gradum inclusive, idque jure Canonico *c. 8. non debet X. d. Consang. & Affin.* ubi etiam continetur ridicula illa ratio, quare quaternarius numerus benè congruat prohibitioni conjugii corporalis, scilicet quia quatuor humores sint in corpore, qui consistunt ex quatuor elementis: ut ut eam defendere velit *Bellarmin. d. Mater. Sacram. lib. 1. c. 29. in fin.* Ait enim hanc rationem licet non primariam, tamen esse physicam, & in quartâ generatione videri totum sanguinem interiisse: Nam in primâ perire vim paterni sanguinis igneam, sive subtilissimam; in secundâ aëream; in tertiâ, aqueam; in quartâ, terream. Sed hanc sententiam una cum supputatione canonicâ, manifestè interdum falsissimâ, vid. *Sutholt. D. 2. apb. 33 38. Rittersbus. diff. jur. civil. & canon. lib. 1. cap. 5. iis, qui eam defendere volunt & possunt, spontè remittimus.*

§. 2. Quar-

§. 2. Quarta provenit ex cognatione spirituali. v. g. si
compater ducere velit eam, quam ex sacro fonte Baptismatis
levavit, l. 26. in fin. C. de Nupt. quam etiamnum hodie apud Ru-
thenos & Moschos obtinere tradit Godofr. in not. ad l. c. ex Sigis-
mund. comment. Moschov. Nostris tamen moribus insuper ha-
betur, tum maximè quod juri divino quoque incognita sit,
Pomer. l. c. ad §. 1. d. N. Quinta se offert inter senatorem, filium,
nepotem patiter ac pronepotem ex filio nato, & libertinam,
atque cujus pater materve artem ludicram exercuit: item in-
ter libertinum & senatoris filiam, l. 23. l. 44. pr. §. 1. & seqq. de
Rit. Nupt. sed hoc suo modo correctum per Nov. 78. cap. 3. nov.
117. cap. 6. c. si quis ancillam. 29. q. 2. Sexta animadvertebatur in-
ter tutorem & curatorem filiosque eorum, juxta & pupillam,
ac cujus curam gerere debent, t. t. C. d. inter d. matrim. int. pupill.
& tutor. nisi ante sit desponsata à patre, vel testamento desti-
nata, quibus adjunge, si redditæ rationes sint, adultaque vige-
simum quintum annum excesserit, l. 6. C. b. t. Scotan. Ex. jurid. b. t.
Septima reperiebatur inter raptorem & raptam, nov. 150. l. un. §.
1. vers. Nec sit facultas. C. de rapt. virgin. Sed jure canonico pur-
gato vitio impedimentum cessat, c. 7. accedens X. d. Raptor. in-
cend. adeo ut etiam bona raptoris, quæ jure civili raptæ mulie-
ri applicantur, & amittuntur, si ipsa rapta raptori nubat, hoc
jure novo mulieri permaneat nubenti, Gloss. ad c. 4. de puellis. 36.
q. 2. tamen si hoc jure antiquo aliter se res habeat d. c. 4. add. Di-
dac. Covarruv. Episcop. Segobiens. De matrim. part. 2. Tom. 1. §. 9. d.
rapt. & nupt. secund. n. 2. p. m. 160. b. Octava offendebatur in-
ter adulterum & adulteram nov. 134. cap. 12. quam tamen Con-
sistoria nostra permittunt, modò adulter vel adultera vitæ pri-
oris conjugis haud fuerint infidiati: nec conjugè vivente sibi
invicem matrimonii fidem dederint, Daneus Etb. Christ. lib. 2. c.
14. Carpzov. Jurispr. Consistor. lib. 2. tit. 1. def. 14. 15. Aliæ porro
species erant quondam usu receptæ, utpote inter patrem ado-
ptivum & filiam adoptivam emancipatam, §. 1. Inst. d. Nupt. item
inter sponsam filiæ ac patrem, vel contra, nuptiæ contrahe-
bantur culpandæ l. 12. §. 1. & seqq. d. Rit. Nupt. His addi possunt
servi, qui jure civili contubernium tantum non conju-
gium

F

gium



gium iniebat, l. 3. C. de incest. nupt. quod etiam correctum jure canonico, c. 1. dignum est. & t. t. X. d. conjug. serv. c. 2. si quis liber. 29. q. 2. ita tamen, ut jus semper maneat saluum domino, Rittersb. diff. jur. civil. & canon. lib. 1. Harppr. ad tit. Inst. de Nupt. n. 2. Philipp. usu pract. Inst. b. t. Eclog. 58. n. 3. in fin. Consimili ratione olim ex Lege veteri XII. Tabb. patriciis cum plebeis conubia inire prohibitum, idque ab Appio Claudio, Decemviro postremis duabus additum tabulis fuisse, testatur Vultej. vol. 2. conf. 9. n. 3. Sicuti quoque apud Israëlitas sacerdotes nec viduam, nec repudiatam, nec quæ meretrix fuerat, ducere poterant, Levit. 21. v. 1. 14. Ezech. 44. v. 22. Multas etiam gentes varia prohibitionum genera introduxisse manifesta est, quæ licet non omnia matrimonium nullum pronunciarint statim, illud tamen sic limitarunt, ut certam quandam pœnam incurreret, qui ejuscemodi nuptias statuto interdictas contraxisset: quemadmodum apud nos eadem ferme consuetudo inter quosdam opifices frequens atque recepta est. Cœterum plures impotentia legalis species præprimis in foro Saxonico usuvenientes videri possunt apud Carpzov. Jurispr. Consist. lib. 2. tit. 5. & 6. per sot.

THESIS X.

Oritur hinc actio pœnalis ad nihilandum non tantum matrimonium; sed etiam ad publicanda bona, privandum cingulum, coërcendum corpus mittendumque in exilium, &c.

§. I.

Cum utique Reipublicæ expediat, ut delicta non impunita relinquantur, l. 95. §. 1. d. solut. l. 20. pr. d. inter. in jur. fac. arg. l. 11. d. pœn. optimo jure tanta pœnarum asperitas animadvertitur introducta adversus eos, qui prohibentibus divinis atque civilibus legibus, vel aliis generandi vim impedire, vel sibi potentiam conciliare in certo subjecto annuntur, Hinc ergo, si prohibentes consideramus, patronus, qui libertam adegit jurejurando, ne nubat aut filios tollat, jure patronatus privatur.

cur, quod iudicium & filius ejusdem sustinere cogitur, l. 6. §. 376
d. jur. patron. juramenti vi interim libertis remissa l. c. §. 4. Ex par-
te eorum, qui contrahunt, (1.) matrimonium non valet §.
11. Inst. d. Nupt. l. 6. C. d. Incest. Nupt. nec (2.) dos promissa e-
xigi potest, cit. §. 11. l. 52. de Rit. Nupt. quemadmodum & dona-
tio propter nuptias iisdem tanquam indignis sublata fisco vin-
dicatur, l. 4. C. d. Incest. Nupt. Non obstat huic posteriori l. 1. C. d.
condict. ob caus. dat. ubi hæc donatio non publicatur, sed repe-
ti potest: Respondemus enim cum Nobiliss. Dn. Schröt. resolut.
difficil. l. Cod. h. t. oppositum textum intelligendum esse de eo
casu, ubi vel conjunctio planè non est secuta, vel secuta qui-
dem, sed ignoranter illicitæ nuptiæ contractæ fuerunt: quam-
vis Godofred. in not. ad cit. l. 4. inter jus vetus & novum distin-
guere malit. (3.) filii hoc modo nati non sunt in patris pote-
state, nec ei succedant, nec ab eodem alendi sunt jure civili,
Auth. Ex complexu C. d. incest. nupt. nov 98. cap. 15. tamen si absolu-
tè loquendo omninò ali debeant, arg. t. t. C. d. Episcop. & Cleric.
& Orphanotroph. imò jure canonico parentes sustentare eos-
dem cogantur, c. 5. cum haberet X. d. eo qui duxit in matr. (4.)
bona confiscantur, cingulum solvitur, & personæ hujusmodi
honestiores relegantur: fœmina quoque talia scienter pec-
cante simili pœnæ subjugenda: substantia insuper sic amissa
liberis hoc ipso sui juris effectis, si quas habet legitimos, appli-
catur: ut tamen pater ab eis alatur, quibus non extantibus fi-
sco defertur, l. 6. C. & Auth. Incestas. d. Incest. Nupt. Varias tamen
pœnæ hujus limitationes pro circumstantiarum varietate af-
fert cum Dd. Schneidew. ad tit. Inst. d. Nupt. part. 3. qui desideran-
ti ex asse, ut reor, satisfaciet.

§. 2. Atque hæc sunt, candide Lector, pagellæ, quas æqui-
ori tuæ, ut spero, censuræ subjicio, communique simul erudi-
torum disceptationi dedico, probè conscius, rem accuratioris
indignisse limæ, quam tamen hætenus juvenilis robur judicij
adhibere nesciit: qua propter veniam commissi ingenuè expe-
cto, cum certus sim, quod me tum temporis obstrictum tenuerit
fatalis illa ingeniorum scabies, quâ hodiè eò deventum, ut
omnes disputare, quam vivere malint, Senec. Epist. 95, 108. Po-
tuis-

tuissem equidem refugium querere in formulis illis excusandi
conclamatis undique, nec non attritis, in magnis nimirum vo-
luntatem sufficere, audacesque fortunam juvare: Verunta-
men cum plausibilem hanc operæ parum navatæ declinatio-
nem declinare magis doctiorum animos, quam conciliare per-
svasum haberem, cogitatò asylum hoc apprehendere nolui:
& recte forsan. Extant enim prudentum tam varia absoluti
laboris pronunciata, ut vix quenquam, qui quod non dictum
prius, dicere atque effari valeret, offendas, adeoque seponen-
do melius informandæ juventutis rapsodiam consultius rem-
peragas. Patescit igitur me nunquam vulgarâ præsentî char-
tâ animum induxisse, ut aliorum eruditioni inservirem, sed ut
me potius publicè exercitio exercerem, cui tamen si fortè ex-
accedente rem tuam spectantia interfutura sint, ea tuæ bene-
volentia lubentissimè concessa volo; sin autem politum magis
judicium desiderantia surreperint, juvenis ego, quem etiam
vel à quolibet discere non pudeat, obtemperanter emen-
do. Vale odisque noli.

Ergo, quam toties animâ si hucusque, cathedra
Sublimis tandem testis adesse potest
Ingenii, præsens quod dissertatio monstrat,
Hinc mox pro meritis digna brabeja feres,

Ita Pereximio Dn. Respondenti, Amico meo singu-
lariter dilecto, ex animo voveo

Christoph. Philip. Richter / D. Com.
P. C. P. P. Fac. Jur. Ordinarius & h. t. Decanus.

CUigenius solers & mens virtute coruscat,
SIMONEM ex meritis rubra tiara manet.

Sic Pereximio ac legaliter doctissimo Dn. Respondenti
elaboratissimæ Dissertationis Autori auguratur

PRÆSES.

AD
Clarissimum atque Praeeximum
DN. RESPONDENTEM,
Fautorem & Amicum suum perquam
honorandum.

A *Strææ studiis operam cum laude dedisti;*
Quod monumenta docent, & Dissertatio præsens,
Hos Tibi conatûs grator, Tibi præmia cernat
Pro mercede Themis, solitos puto laudis honores!

Id quod ex animo vovet

Fridericus Gvilielmus Krull.

Q *Vi contemplatur subjectas juri alieno,*
Perfpiciet facilis quæ libertate degentes:
Certus, diversam diversorum rationem,
Quæ magis apparet, se sint opposita juxta.
Debilis an possit sibi confociare maritam,
Haud quæstu dignum; sed quisnam habeatur?
Et inde

Concludis, sociam debere adamare potentem.

Honoris & amoris contestandi causa Amico
certissimo mittebat

Christian. Heinric. Ellenberger. Hall. Sax.

P *Ergito disceptans: Themidos repetita cathedra*
Consensum hunc, opto, munere stante beet.
In honorem Nobil. ac egregiè docti Dn. Respon-
dentis Amici æstumatissimi hæc posuit
Christianus Fridericus Reichhelm / H.S.
Navita

NAvita de ventis, de tauris narrat Arator,
Enumerat Miles vulnera, Pastor oves.
Nam quâ quisque valet, quave est exercitus arte,
Hanc alius letus dinumerare solet.
Sic quoque quid docuit Te Jena, quid & labor ardens,
Jam loqueris doctâ, Simon Amice, manu.
Materiesq; laborque viris sunt digna, virorum
Hinc Tibi promittit premia larga Dea.
Christianus Wildvogelius, H. S.

WEr von der untern Schaar die klugen Sinnen
schwinget /
Und dessen heisser Geist nur steiget Wolcken an /
Der schreitet etwas ab von der gebahnten Bahn;
Sein hart umbschrencktes Thun zu tieffern Gründen
dringet.
So / Werther ! hat dein Schweiß ietzt dieses Ziel er-
jagt /
Woran das schlechte Volk zu sehen sich nicht wagt:
Nun wird von freyer Hand dein frisches Haar umbfassen
Der Purpur / welcher muß den Nachruhm hinterlassen.
Die Schuldigkeit gegen seinen sehrwerthen Sön-
ner und Freund erforderte dieses von
A. G. Avemannen.







ULB Halle

3

005 132 55X




V077

Num A + 13

all OC







1665, 17^a 23
266

D.O.M.F.A.
 DISSERTATIO JURIDICA
 DE
**IMPOTENTIA
 CONJUGALI**
 QVAM
 SVFFRAGIO
 ATQ;
 AVTORITATE
INCLVTÆ ICTORVM
 FACVLTATIS
 PRÆSIDE
ADAMO CORTREJO D.
 PLACIDÆ
 DISQVISIONI PVBLICÆ
 EXPONIT
JOHANNES GEORGIVS SIMON,
 HALLENSIS SAXO, AVTOR.
 AD D. XXIII. NOVEMB. H.L.Q.S.

JENÆ
 Typis JOHANNIS NISI,
 A.S.M. DC.LXV.

